4. Gabinius autem ubi Alexandrium venit, cum multos *pro loco* castra metatos esse deprehendisset, promissa delictorum venia conabatur eos ante prælium ad se pertrahere. Cum autem illi nihil mediocre sentirent, plerisque interfectis reliquos in castellum concluſit. In hoc prælio strenue se gessit dux Marcus Antonius, qui quidem ubique *vir* fortis apparuit, ita vero nusquam. Tum Gabinius, relictis qui castellum expugnarent, ipse discessit, & urbes quidem non vastatas in meliorem statum redigit, subversas vero instaurat. Itaque jussu ejus habitari cœperunt Scythopolisque & Samaria, & Anthedon, & Apollonia, & Jamnia, & Raphia, itemque Marissa & Adoreus, & Gamala, & Azotus, aliæque multæ, incolis libenter admodum in eas confluentibus.

M. Antonii elogium. Antt. l. 14. c. 5. §. 3.

Urbes aliquot eversas instaurari jubet Gabinius Antt. l. 14. c. 5. §. 3.

Alexandrium & alia castella diruit. Antt. l. 14. c. 5. §. 4.

5. Postquam vero ista ita curaverat, reversus ad Alexandrium *vehementius* urgebat obsidionem: adeo ut Alexander, *diffidens* & desperans rebus suis omnibus, legatos ad eum mitteret, & peccatorum veniam petens, & de castellis quæ perma-

β'. Ὁ δ' ἀπὸ τῆς Ἀριστοβούλου παίδων Πομπήιον Ἀλέξανδρος, χεῖρα συναγαγὼν χείρα συχνὴν, βαρὺς ἦν Ὑρκανῷ, καὶ τὴν Ἰουδαίαν καθέτρεχεν. ἐδόκει δ' ἂν ταχέως καθαλῦσαι αὐτὸν, ὅς γε ἤδη καὶ τὸ [g] καταῤῥιφὲν ὑπὸ Πομπηίῳ τεῖχος ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνακτίζειν ἐθάῤῥει προσελθὼν, εἰ μὴ Γαβίνιος εἰς Συρίαν [h] πεμφθεὶς [i] Σκαύρῳ Δρούσῳ, τά τε ἄλλα γενναῖον ἀπέδειξεν ἑαυτὸν ἐν πολλοῖς, καὶ ἐπ' Ἀλέξανδρον ὥρμησεν. ὁ δὲ δείσας πρὸς τὴν ἔφοδον δύναμίν τε πλείω συνέλεγεν, ὡς γενέσθαι μυρίους μὲν ὁπλίτας, χιλίους δὲ καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς καὶ τὰ ὁπλίσεια τῶν χωρίων ἐτείχιζεν, [k] Ἀλεξάνδρειόν τε καὶ [l] Ὑρκάνιον, καὶ Μαχαιροῦντα πρὸς τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσι.

γ'. Γαβίνιος δὲ μέρος τῆς στρατιᾶς Μάρκον Ἀντώνιον προπέμψας, αὐτὸς εἵπετο τὴν ὅλην ἔχων δύναμιν. οἱ δὲ περὶ Ἀντίπατρος ὁπλῖται, καὶ τὸ ἄλλο τάγμα τῶν Ἰουδαίων, ὧν Μάλιχος ἦρχε καὶ Πειθόλαος, [m] συμμίξαντες τοῖς περὶ Μάρκον Ἀντώνιον ἡγεμόσιν, ὑπήντων Ἀλεξάνδρῳ. καὶ μετ' ὀλίγον παρῆν ἅμα τῇ φάλαγγι Γαβίνιος. ἐνιδόντες δὲ τὸ τῶν πολεμίων δύναμιν οὐκ ὑπομείνας Ἀλέξανδρος ἀνεχώρει, καὶ πλησίον ἤδη Ἱεροσολύμων γενόμενος ἀναγκάζεται συμβαλεῖν, καὶ γίνεται μάχην ἐξακισχιλίων σχεδὸν, ὧν τρισχίλιοι μὲν ἔπεσον, τρισχίλιοι δὲ ἐζωγρήθησαν, Φεύγει σὺν τοῖς καταλειφθεῖσιν [n] εἰς Ἀλεξάνδρειον.

δ'. Γαβίνιος δὲ πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρειον ἐλθὼν, ἐπειδὴ πολλοὺς εὗρεν ἐστρατοπεδευμένους, ἐπειρᾶτο συγγνώμης ὑποσχέσει τοὺς ἡμαρτηκότας, [o] πρὸ μάχης αὐτοὺς [p] προσαγαγέσθαι. μηδὲν δὲ μέτριον [q] φρονούντων ἀπολείπεται πολλοὺς, τοὺς λοιποὺς καθείλκυσεν [r] εἰς τὸ ἔρυμα. καὶ τὰ ταύτῃ ἀριστεύει τὴν μάχην ὁ ἡγεμὼν Μάρκος Ἀντώνιος, πανταχοῦ μὲν [s] γενναῖος Φανείς, ἀδαμοῦ δ' [t] ὕστερος. Γαβίνιος δὲ, τοὺς ἐξαιρήσοντας τὸ Φρούριον καταλιπὼν, αὐτὸς [v] ἀπῆλθε, τὰς μὲν ἀπερθήτους πόλεις καθιστάμενος, τὰς δὲ καταστραμμένας ἀνακτίζων. συνεπολίσθησαν γοῦν, τότε κελεύσαντος, Σκυθόπολίς τε καὶ Σαμάρεια, καὶ Ἀνθηδὼν, καὶ Ἀπολλωνία, καὶ Ἰάμνεια, καὶ [x] Ῥαφία, καὶ [y] Μάρισσα, καὶ [z] Ἀδώρεος, καὶ [a] Γάμαλα, καὶ Ἄζωτος, ἄλλαι τε πολλαὶ, τῶν οἰκητόρων ἀσμένως ἐφ' ἑκάστην συνθεόντων.

ε'. Μετὰ δὲ τοῦτον ἐπιμέλειαν ἐπανελθὼν πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρειον, ἐπέῤῥωσε τὴν πολιορκίαν. ὡς τε Ἀλέξανδρος, ἀπογνοὺς τὰ ὅλων, ἀπεκηρυκεύετο πρὸς αὐτὸν, συγγνώσθηναί τε τῶν ἡμαρτημένων δεόμενος, καὶ τὰ

g Καταῤῥιφὲν] Ita in aliquot *MSS.* ut *Lugd. Bat.* καταῤῥιφὴν in *Aliis Editissime.*

h Πεμφθεὶς] Abest a *Rost.*

i Σκαύρῳ Δρούσῳ,] Pisoni consuli jam desponsam Syriam ademit Cicero. *Ep. ad Atticum* I. 15. Itaque Scauro senatus successorem dedit Marcum Philippum, & illi Marcellinum Lentulum, ambos prætorios. Uterque biennio, quo provinciæ præfuit, conflictatus est cum Arabibus, ex vicino infestantibus: quæ causa fuit ut posthac in Syriam mitterentur Proconsules Consulari potestate. quorum primus Gabinius cum exercitu in eam profectus est. *Appian.* in *Syr.* p. 119, 120. Antonium ad militiam capessendam invitavit Gabinius, at is abnuit privatum secuturum se, sed delata sibi equitum præfectura secutus est. *Plut.* in *Anton.* ALDR. Vide *Montacutium* in *Apparat.* p. 148. & in *Exercitt.* p. 275. ut & *Norisium* in *Diss.* 2. ad *Cenotaph. Pisan.* p. 232. &c. *Josephum* hallucinari putat *Casaub.* contra Baronium p. 132. ut apparet ex Appiano & ratione temporum. HUDS. Verum ex Appiano, libro de Bellis Syriacis, constat Scauro successisse Marcum Philippum, & huic Marcellinum Lentulum, cui deinde Gabinius successit. Verum Philippus & Lentulus biennio tantum Syriam rexerunt, & ob temporis brevitatem mentio eorum negligitur etiam ab aliis. Appianus ipse in initio de Bellis Parthicis scribit, postquam Syria a Pompejo in provinciæ formam redacta est, eo missum fuisse a Senatu Gabinium, non memorans Scaurum, ut nec Philippum, nec Lentulum. REL. Σκαύρῳ mavult *Lugd. Bat.* & ita correximus, pro Σκαύρᾳ, ipso Josepho Duce, qui ita inf. §. 8. Κράσσος αὐτῷ διάδοχος ἦλθεν. HAV.

k Ἀλεξανδρειὸν] *Lugd. Bat.* hic & passim Ἀλεξάνδριον.

l Ὑρκάνιον,] Ὑρκανία Castrum Antt. lib. 13. c. 16. §. 3. & lib. 14. c. 5. §. 4. item lib. 15. c. 10. §. 4. nec non lib. 17. c. 7. §. 1. *Bod. Rusin. Ox.* Infra verò §. 5. etiam Ὑρκάνιον & cap. 33. §. 7. SPANH.

m Συμμίξαντες τοῖς] *Rost* συμμίξαν τοῖς.

n Εἰς Ἀλεξάνδρειον] Illa εἰς Ἀλεξάνδρειον desunt *Voss.* & *Big.* nec ea agnoscit *Rus.*

o Πρὸ μάχης αὐτοὺς] *Rost.* προμάχης αὐτῷ.

p Προσαγαγέσθαι.] Προσάγεσθαι *MS. Lipsi.* SPANH.

q Φρονούντων] Φρονοῦντας *Bod.* & *Rost.*

r Εἰς τὸ] Abest ab Edit. *Gen.*

s Γενναῖος Φανείς,] Γενναῖος ἀεὶ φανεὶς *MS. Lipsi.* & *Rusin.* SPANH. Ita cum *MSS.* & *Ruf.* Γενναίως in *Editis.* quin & γενναῖος ἀεὶ φανεὶς (ut in *Lugd. Bat.*) in nonnullis *MSS.*

t Οὔτως.] *Rost.* Οὔπω.

v Ἀπῆλθε,] Ἐπῆλθε in quibusdam *MS.*

x Ῥαφία,] *Gen.* Ῥάφεια *Rost* Ραφεις.

y Μάρισσα] Μάρισσά τε *MS. Lipsi.* SPANH. Ita & Editi & alii *MS.* Sed nos ex Cod. *Lugd. Bat.* sustulimus. HAV.

z Ἀδώρεος,] Conf. sup. c. 2. §. 6. ut sup. Leg. Ἀδώρα. SPANH. Ita rescripsi prout supra c. 2. §. 7. Δώριος in *Græcis* omnibus & *Dora* in *Latinis.*

a Γάμαλα,] Γάβαλα *Bod. Voss.* & *Big.* at in *Rusini* libris *Gadara.* Γάζα in *Antt.* l. 14. c. 5. §. 3. ibidemque scribitur Δῶρα & Μάρισσα, & Ἀπόλλωνία & Ἰάμνεια omittuntur.

* In Syriam missus, ut Scauro succederet, prout *Aldrich.* vertit.

† Vide ad l. 14. c. 5. §. 2.

b Συμ-

τὰ [b] συμμένοντα φρούρια παραδιδὺς, [c] Υρκάνιον καὶ [d] Μαχαιρῶντα. αὖθις δὲ καὶ τὸ Αλεξάνδρειον ἐπεχείρισεν [e] ἀπάντα Γαβίνιος, [f] ἀναγόντος τὴν Αλεξάνδρα μήτρος, καὶ ἐσκαψεν, ὡς μὴ πάλιν ὁρμητήριον γένοιτο δευτέρου πολέμου. παρὴν δὲ, μειλισσομένη τὸν Γαβίνιον, καὶ δεδοικυῖα τὸν ὄπιν τῶν Ρώμης αἰχμαλώτων, ἥ τε ἀνδρὸς καὶ τῶν ἄλλων τέκνων. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Ιεροσόλυμα Γαβίνιος Υρκανὸν καταγαγὼν, καὶ τὰ τοῦ ἱεροῦ ἀναθήματα χρήματα αὐτῷ, καθίστησι τὴν ἄλλην πολιτείαν ὑπὸ προστασίᾳ τῶν ἀρίστων. διεῖλε δὲ πᾶν τὸ ἔθνος εἰς πέντε συνόδους, τὸ μὲν Ιεροσολύμοις προστάξας, τὸ δὲ [h] Γαδάροις, οἱ δ' ἵνα συνέλθωσιν εἰς Αμαθοῦντα, τὸ δὲ τέταρτον εἰς Ιεριχοῦντα κεκλημένοις, καὶ [i] τῷ πέμπτῳ [k] Σέπφωρις ἀπεδείχθη πόλις τῆς Γαλιλαίας. ἀσμένως δὲ τὸ ἐξ ἑνὸς ὀλιγαρχίας ἐλευθερωθέντες, τὸ λοιπὸν ἀριστοκρατείᾳ διῳκοῦντο.

ζ'. Μετ' οὐ πολύ γε μὴν αὐτοῖς ἀρχὴ γίνεται θορύβων Αριστόβουλος, ἀπὸ μὲν Ρώμης, [l] ὃς αὖθις πολλοὺς Ιουδαίων ὑπανίστη, τοὺς μὲν ὑπὸ ἐπιθυμίας μεταβολῆς, τοὺς δ' ἀγαπῶντας αὐτὸν πάλαι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον καταβόμβου τὸ Αλεξάνδρειον, ἀναλειχίζειν ἐπειρᾶτο. ὡς δὲ Γαβίνιος ὑπὸ [m] Σισέννᾳ καὶ Αντωνίῳ καὶ Σερουιλίῳ στρατιὰν ἔπεμψεν ἐπ' αὐτὸν, γνοὺς ἀνεχώρει ὑπὸ Μαχαιρῶντος. καὶ τὸ μὲν ἄχρηστον ὄχλον ἀπεφορτίσατο, μόνους δ' [n] ἐπηγετο τοὺς ὡπλισμένους, ὄντας [o] εἰς ὀκτακισχιλίους, ἐν οἷς καὶ Πειθόλαος ἦν ὁ [p] ἐξ Ιεροσολύμων ὑποστράτηγος αὐτομολήσας μετὰ χιλίων. Ρωμαῖοι δ' ἐπηκολούθουν, καὶ γενομένης συμβολῆς μέχρι πολλοῦ μὲν οἱ περὶ τὸν Αριστόβουλον διεκαρτέρουν γενναίως ἀγωνιζόμενοι. τέλος δὲ βιασθέντες ὑπὸ τῶν Ρωμαίων, πίπτουσι [q] μὲν πεντακισχίλιοι, φεύγουσι δὲ διχιλίους [r] ἀνέφυγον εἴς τινα λόφον, οἱ δὲ λοιποὶ χίλιοι σὺν Αριστοβούλῳ, διακόψαντες τὴν φάλαγγα τῶν Ρωμαίων, εἰς Μαχαιρῶντα συνελαύνουσι. ἔνθα δὲ τὴν πρώτην ἑσπέραν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐρειπίοις ἐναυλισάμενος, ἐν ἐλπίσι μὲν ἦν ἄλλην [s] συναθροίσειν δύναμιν, ἀνοχὴν δὲ πολέμου διδόντος, καὶ τὸ φρούριον [t] κακῶς ὠχύρου. προσπεσόντων δὲ Ρωμαίων, ὑπὸ δύο ἡμέρας ἀνίσχων ὑπὲρ δύναμιν, ἁλίσκεται, καὶ μετ' Αντιγόνου τοῦ παιδὸς, ὃς ἀπὸ Ρώμης αὐτῷ συναπέδρα, δεσμώτης [v] ὑπὸ Γαβίνιον ἀνήχθη, καὶ ἀπὸ Γαβινίου πάλιν εἰς Ρώμην. τοῦτον μὲν οὖν ἡ σύγκλητος εἶρξε, τὰ τέκνα δ' αὐτοῦ δεσμὸν εἰς Ιουδαίαν, Γαβινίου δι' ἐπιστολῶν δηλώσαντος, τῇ Αριστοβούλου γυναικὶ τοῦτο [x] αὐτὸ τοῦ Σύλλα δόσεως τὰ ῥηθέντα ὁμολογηκέναι.

ζ'. [y] Γαβινίῳ δ' ὑπὲρ Πάρθους ὁρμηθέντι στρατεύειν κατὰ Πτολεμαΐδα ἐμπόδιον. [z] ὃν, ὑποστρέψας ἀπὸ Εὐφράτου, καθῆγεν εἰς Αἴγυπτον, ἐπιτηδείοις εἰς ἅπαντα χρώμενος καὶ τὸν στρατιὰν Υρκανῷ καὶ Αντιπάτρῳ. καὶ γὰρ χρήματα, καὶ ὅπλα, καὶ σῖτον, καὶ ἐπικούρους ὁ Αντιπα-

nebant tradens Hyrcanium & Machærunta. quin & postea Alexandrium ei dedidit. Quæ omnia Gabinius funditus eruit, id suadente Alexandri matre, ne iterum sedes alterius belli fierent. Aderat autem, ut Gabinium obsequiis emolliret, viro suo cæterisque liberis Romæ captivis metuens. At post hæc Gabinius, Hyrcano Hierosolyma deducto, eique fani cura mandata, reliquum reipublicæ ita constituit, ut optimates rebus præessent; omnemque *Judæorum* gentem in quinque conventus divisit, edixitque ut una pars Hierosolymis, Gadaris altera, aliique ad Amathunta convenirent, quarta vero pars Hierichunta sortita est, quintæque Sephoris Galilææ civitas assignata est. Atque *ita* libenter unius dominatione liberati in posterum ab optimatibus regebantur.

Judæorum regiminis mutatio. Antt. l. 14. c. 5. §. 4.

6. Cæterum non multo post illis *novos* tumultus creat Aristobulus, Roma elapsus, qui, multos Judæorum rursus coëgit, partim quidem qui mutationis cupidi erant, partim vero qui illum olim dilexerant. Et primum quidem Alexandrio occupato, id reficere tentabat. ubi autem Gabinius adversus eum misit exercitum, ducibus Sisenna & Antonio & Servilio, ea re cognita in Machærunta concedit: & turbam quidem inutilem *illic* excussit, solos vero armatos secum ducebat, ad octo fere millia, in quibus & Pitholaus erat, qui Hierosolymis legatus cum mille hominibus ad eum perfugit. Romani autem sequebantur, commissoque prælio, aliquandiu cum suis Aristobulus fortiter dimicando perseverabat: at tandem vi Romanorum subacti ad quinque millia ceciderunt, & duo circiter millia in tumulum quendam confugerunt; mille vero reliqui cum Aristobulo, perrupta Romanorum acie, in Machærunta se recipere coacti sunt. ubi rex, cum in ruinis prima vesperâ tetendisset, fore sperabat ut alias copias, cessante aliquantisper bello, contraheret; & castellum male muniebat. Impressionem vero facientibus Romanis, cum duos dies supra vires restitisset, captus est, & cum Antigono filio, qui simul Roma profugerat, vinctus ad Gabinium adductus est, iterumque Romam à Gabinio *mittitur*. Et hunc quidem senatus in carcerem inclusit, ejus vero liberos in Judæam transmittebat, propterea quod Gabinius literis significarit, id se Aristobuli conjugi pro traditione castellorum spospondisse.

Aristobulus, Roma elapsus; res novas molitur. Antt. l. 14. c. 6. §. 1.

Vincitur à Romanis. Antt. l. 14. c. 6. §. 1.

Romam remittitur Aristobulus. Antt. l. 14. c. 6. §. 1. *Ejus liberi Roma dimissi. Antt.* l. 14. c. 6. §. 1.

7. Gabinio autem, cum bellum Parthis inferre properaret, impedimento erat Ptolemæus; quem reversus ab Euphrate, in Ægyptum reducebat, Hyrcano & Antipatro usus ad necessaria omnia in expeditionem suppeditanda. nam & pecunias & arma & frumentum & auxilia ad eum adducebat Antipater:

Gabinium in Ptolemæo reducendo adjuvat Antipater. Antt. l. 14. c. 6. §. 2.

[b] Συμμένοντα] *Rost.* Συμβαίνοντα. Sequentia φ. π. transponit *Lugd. Bat.*

[c] Υρκάνιον] Conf. sup. §. 2. SPANH. *Al.* Υρκάνιον, & Υρκανίαν.

[d] Μαχαιρῶντα.] *Rost.* Μαχαιροῦντα.

[e] Απαντα] *Lugd. Bat.* Απαντα γὰρ. ut & *Rost.*

[f] Εναγόντος] Ita *Big. Bod. Voss. Rost.* & *Ruf.* ἀναδόντος *Cas.* & *Gen.* cum *aliis.*

[g] Διεῖλε δὲ πᾶν] Confer *Antt.* l. 14. c. 5. §. 4. SPANH.

[h] Γαδάροις,] Γαδάροις itidem ἀρχ. lib. 14. c. 5. §. 4. Hic autem *Doris* pro *Gadaris* habet *Rufin.* SPANH. Ita etiam *Antt.* l. 14. c. 5. §. 4. Sed *Doris* in omnibus *Rufini* exemplaribus. HUDS. Δώροις legit Latinus interpres, sed Γαδάροις præfero, quia Pompejus Dora Judæis subtraxit, & sane συνόδου τῷ ἔθνους esse debuit in urbe non Ελληνίδι, sed Judaica. REL.

[i] Τῷ πέμπτῳ] Τὸ πέμπτον *Voss.*

[k] Σέπφωρις ἀπεδείχθη] Σεμφωρὶς *Rost.* Pro Σέπφωρις τῆς Γαλιλαίας est Σάμφορα τῆς Ιουδαίας *Antt.* l. 14. c. 5. §. 4. Erat enim Galilæa, Judææ proprie dictæ pars, *Plin.* V. 14. שפרי quæ vulgo Sepphoris, *Josepho* hoc uno in loco (nisi me fallit memoria) Σαμφορὰ dicitur. *Ptolemæo* quoque v. 16. Σαμφηρὶς, non ut perperam excusum est Καμφηρὶς. Eadem prorsus ratione qua עפרת *Exod.* II. 21. Σεμφορὰ. חבקוק Αμβακοὺμ aliaque id genus. ALDR.

[l] Ος αὖθις πολλοὺς Ιουδαίων] *Rost.* Laxius ὃς πολλοὺς Ιουδαίους.

[m] Σισέννᾳ] *Rost.* Δεσίννᾳ. *Lugd. Bat.* Σισίνᾳ.

[n] Επήγετο τοὺς ὡπλισμένους,] *Rost.* Επῆγε τοὺς ἐξωπλισμένους.

[o] Εἰς ὀκτακισχιλίους,] Ως *Bod.* & *Rost.* quod videtur legisse *Rufinus.* estque περὶ ω'. *Antt.* l. 14. c. 5. §. 4.

[p] Εξ Ιεροσολύμων ὑποστράτηγος] Voculam ἐξ non agnoscit *Bod.* & *Rost.* ὁ Ιεροσ. *Antt.* ibidem.

[q] Μὲν] Abest a *Lugd. Bat.*

[r] Ανέφυγον] *Lugd. Bat.* Εφυγον.

[s] Συναθροίσειν] *Rost.* Αθροίζειν.

[t] Κακῶς ὠχύρου.] Κακως ὠχύρων *Bod.* & *Rost.* καλῶς ὀχύρου *Rufin.*

[v] Επὶ Γαβίνιον ἀνήχθη,] Ita & *Antt.* l. 14. c. 6. §. 1. Quare minus recte *Dio* (l. 39. p. 117.) Gabinium ipsum in Palæstinam esse profectum, Aristobulum comprehendisse, & Pompejo misisse narrat; imperatoque Judæis stipendio inde in Ægyptum concessisse ad reducendum Ptolemæum. ALDR.

[x] Αὐτὸ] *Cas.* Αὐτῷ.

[y] Γαβινίῳ] Confer *Antt.* l. 14. c. 6. §. 3. *Dionem* l. 36. p. 116. *Appianum* in *Parthic.* p. 134. & *Syriac.* p. 120. *Ciceronem* in *Orat. in Pisonem* & *Epp.* 1. 2. 5. 7. *ad Lentulum Procos.* ut & *Strabonem* l. 12. p. 558. l. 17. p. 796. ALDR.

[z] Ον, ὑποστρέψας] Ita lego. ὃς ὑποστρέψας in *libris.* ὃς ὑπόστ. malit *Lowthius* & ad *Gabinium* refert.

pater: & Judæis in ea parte, qui cuſtodes erant adituum juxta Peluſium, tranſmittere Gabinium perſuaſit. Cum autem alia Syria ad diſceſſum Gabinii commota eſſet, Judæos etiam iterum ad defectionem impulit Alexander Ariſtobuli filius, maximiſque conflatis copiis, omnes in ea regione Romanos perimendi impetum cepit. Quam rem Gabinius veritus (jam enim ex Ægypto redierat eò turbis iſtis impulſus) ad quoſdam è defectoribus præmiſſo Antipatro in contrariam ſententiam eos adduxit. Verum cum Alexandro manſerunt triginta *Judæorum* millia; & ille bellandi deſiderio tenebatur. * adeoque ad pugnam egreditur. atque *hoſtibus* obviam ibant Judæi, & apud montem Itaburium congreſſi ad decem quidem millia ſternuntur: cætera vero multitudo fuga diſſipata erat. Et Gabinius, Hieroſolyma profectus, ex Antipatri ſententia rerum ſtatum ordinavit. Hinc digreſſus & Nabatæos prælio ſuperat, & Mithradatem & Orſanem Parthorum perfugas clam quidem dimittit, militibus vero dicebat quod aufugerint.

Alexander turbas concitat. Antt. l. 14. c. 6. §. 2.

Superatur à Gabinio. Antt. l. 14. c. 6. §. 3.

8. Interea Craſſus, qui venerat ut ei ſuccederet, Syriam *regendam* ſuſcipit. Ille in Parthicam expeditionem & omne aliud aurum in templo Hieroſolymitano abſtulit, & duo millia talentorum à quibus abſtinuit Pompejus. Euphratem vero cum trajeciſſet, & ipſe periit & exercitus ejus. de quibus nunc non eſt narrandi tempus.

Craſſus in Judæam venit, & ſacras pecunias depeculatur. Antt. l. 14. c. 7. §. 1. *Craſſi meritus. Antt.* l. 14. c. 7. §. 3.

9. Poſt Craſſum autem Parthos, in Syriam tranſgredi properantes, inhibuit Caſſius, qui in *iſtam* provinciam ſe fuga receperat. Ea autem occupata, in Judæam feſtinabat. Cumque Tarichæas quidem cepiſſet, Judæorum triginta circiter millia in ſervitium abducit. Quin & Pitholaum interficit, ſeditionis cum Ariſtobulo participes colligentem: necis vero ejus ſuaſor erat Antipater. Huic autem, qui uxorem duxerat ex nobili quadam Arabiæ familia, nomine Cypron, quatuor naſcuntur liberi, Phaſaëlus, & Herodes *qui* poſtea rex *erat*, & præter hos Joſephus & Pheroras & filia Salome. Cum autem omnes, qui ubique potentes eſſent, ſibi conciliaret amicitia & hoſpitalitate, potiſſimum affinitate devinxit Arabum regem. Et poſtquam adverſus Ariſtobulum bellum ſuſceperat, liberos ei, apud quem deponerentur, miſit. At Caſſius, cum Alexandrum pactionibus ad quieſcendum adegiſſet, ad Euphratem reverſus eſt, Parthos tranſitu prohibiturus: de quibus alibi dicemus.

Caſſius reprimit Parthos, & in Judæam properat. Antt. l. 14. c. 7. §. 3.

Antipater unde oriundus, ejuſque liberi. Antt. l. 14. c. 7. §. 3.

τρ@ προσῆγε. καὶ τὸν ταύτῃ Ιουδαίους, φρουρᾶς τὰς κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολὰς, [a] παρεῖναι Γαβίνιον ἔπεισε. τῆς δ' ἄλλης Συρίας πρὸς τὴν Γαβινίου χωρισμὸν κινηθείσης, καὶ Ιουδαίους πάλιν ἀπέστησεν Αλέξανδρ@ ὁ Αριστοβούλου. [b] μεγίστην δὲ συγκροτήσας δύναμιν, ὥρμηλο πάσας τὰς κατὰ τὴν χώραν Ρωμαίους ἀνελεῖν. πρὸς ὃ [c] Γαβίνι@ δείσας, ἤδη δὲ παρὴν ἀπ' Αἰγύπτου τοῖς τῇδε θορύβοις ἐπειγμέν@, ὅπως τινας μὲν τῶν ἀφεστώτων Αντίπατρον προπέμψας μετέπεισε. [d] συνέμιον δὲ Αλεξάνδρῳ τρεῖς μυριάδες, καχεῖν@ ὥρμηλο πολεμεῖν. [e] ἕτως ἔξεισι πρὸς μάχην. ὑπήντων δ' οἱ [f] Ιουδαῖοι, καὶ συμβαλόντων περὶ τὸ [g] Ιταβύριον ὄρ@, μύριοι μὲν ἀναιρεθῆναι. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθ@ ἐσκεδάσθη φυγῇ. [h] καὶ Γαβίνι@, ἐλθὼν εἰς Ιεροσόλυμα, [i] πρὸς τὸ Αντιπάτρου βέλημα κατέστησέ τε πολιτείαν. ἔνθεν ὁρμήσας, Ναβαταίων τε μάχῃ κρατεῖ, καὶ Μιθραδάτην καὶ Ορσάνην φυγόντας ἐκ Πάρθων [k] κρύφα μὲν ἀπέπεμψε, πρὸς δὲ τοὺς στρατιώτας ἔλεγεν ἀποδρᾶναι.

η'. Καὶ τούτῳ [m] Κρᾶσ@ αὐτῷ διάδοχ@ ἐλθὼν πρὸς Βαβυλῶνα Συρίαν. [n] ὅτ@ εἰς τὸν ὅπλα Πάρθους [o] στρατιὰν, τόν τε ἄλλον ὃν ἐν Ιεροσολύμοις [p] ναὸν χρυσὸν πάντα περιεῖλε, καὶ τὰ δισχίλια τάλαντα ἦρεν, ὧν ἀπέσχετο Πομπήι@. Διαβὰς δὲ τὸν Εὐφράτην, αὐτός τε ἀπώλετο, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. περὶ ὧν ἐν νῦν καιρὸς λέγειν.

θ'. Πάρθους δὲ, μὴ τὸν Κρᾶσσον ὑπερβαίνειν εἰς Συρίαν ὡρμημένους, ἀνέκοπτε [q] Κάσσι@, εἰς τὴν ἐπαρχίαν [r] Διαφυγών. [s] περιποιησάμεν@ δ' [t] αὐτὴν ὅπλ Ιουδαίαν ἠπείγετο. καὶ [v] Ταριχαίας μὲν ἑλὼν, εἰς τρισμυρίους Ιουδαίων ἀνδραποδίζετ@. κτείνει δὴ καὶ Πειθόλαον, τὸν Αριστοβούλου στασιάσαντα [x] ὕπουργάντα. ὃν φόνου δὲ ἦν σύμβουλ@ Αντίπατρ@. τούτῳ γήμαντι γυναῖκα τῶν ὁπισήμων ἐξ Αραβίας, [y] Κύπρον τὄνομα, τέσσαρες μὲν υἱεῖς γίγνονται, [z] Φασάηλ@, καὶ ὁ βασιλεὺς αὖθις Ηρώδης, πρὸς οἷς Ιώσηπ@ καὶ Φερώρας [a] Σαλώμη δὲ θυγάτηρ. [b] ἐξοικειούμεν@ δὲ τοὺς πανταχοῦ δυνατοὺς φιλίαις τε καὶ ξενίαις, μάλιστα προσηγάγετο τὸν Αράβων βασιλέα διὰ τὴν ὁπιγαμίαν. καὶπειδὴ τὸν πρὸς Αριστόβουλον [c] ἀνείλετο πόλεμον, ἐκείνῳ διαλλάξαι ἔπεμψε τὰ τέκνα. Κάσσι@ δὲ, κατ' συνθήκας ἡσυχάζειν. Αλέξανδρον ἀναγκάσας, ὅπως τὴν Εὐφράτῃ [d] ὑπέστρεψε, Πάρθους διαβαίνειν ἀπείρξων. [e] περὶ ὧν ἐν ἑτέροις ἐρῶμεν.

ΚΕΦ.

a Παρεῖναι Γαβίνιον] *Lugd. Bat.* Παρεῖναι Γαβινίῳ.

b Μεγίστην δὲ] Repoſui ita ex *Lugd. Bat.* in aliis μεγίστην δὲ. minus commode. Hav.

c Γαβίνι@ δείσας,] Abeſt a *Roſt.*

d Συνέμιον δὲ] *Roſt.* Συνεπόμενας.

e Οὕτως ἔξεισι] Καὶ ἕτως *Bod.* & alii, ſed *Roſt.* omittit.

f Ιουδαῖοι,] Ιουδαίων *Big.* & *Voſſ.*

g Ιταβύριον ὄρ@,] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 6. §. 3. Spanh. Pro ὄρ@ legit μέρ@ *Roſt.*

h Καὶ Γαβίνι@,] Illud καὶ delet *Lugd. Bat.*

i Πρὸς τὸ Αντιπάτρου βέλημα] Πρὸς τὸ Αντιπάτρου βέλημα. i. e. *ex Antipatri ſententia*, non ut Rufinus vertit, *id enim Antipater voluit.* Καλασπασάμενος δὲ Γαβίνιος τὰ κάλλα τῶν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν ὡς ἦν Αντιπάτρῳ θέλοντι *Antt.* l. 14. c. 7. Aldr.

k Κρύφα μὲν] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 6. §. 4. quaſi ibi fortè legendum τῷ δὲ λόγῳ ἀποδρᾶναι αὐτούς. ſed nihil mutandum fortè, vertendumque *eos remiſit. verbo autem ab eo aufugerunt*, aut legendum ἀποδρᾶναι αὐτούς. Spanh.

l Απέπεμψε,] *Roſt.* Επέμψω.

m Κρᾶσσος] *Lugd. Bat.* Paſſim Κράσος *Roſt.* δὲ Κρᾶσος.

n Οὗτος εἰς τὴν ἐπὶ Πάρθους] *Roſt.* Οὗτος εἰς τὴν ἐπὶ Πάρθους μάχην προάγει τὴν στρατιάν.

o Στρατιὰν,] Ita *Big.* στρατείαν in *cæteris.*

p Ναὸν χρυσὸν πάντα περιεῖλε,] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 7. §. 1. Spanh.

q Κάσσιος,] *Lugd. Bat.* Κάσιος, ut & inferius.

r Διαφυγών.] Διαφυγὼν. i. e. *Qui confugerat*; non, *receptus.* Κάσσιος δὲ εἰς Συρίαν φυγὼν *Antt.* l. 14. c. 7. Οἱ μὲ ἀλόντες—— ἀπώλοντο. οἱ δὲ εἰς τὴν Συρίαν μετὰ Κασσίου Λογγίνου τοῦ ταμίου διεσώθησαν. Dio. l. 40 p. 132. D.

s Περιποιησάμενος δ'] Conf. Antt. lib. 14. c. 7. §. 3. περιποιησ. αὐτὴν αὐτῷ, *quum eam occupaſſet.* Spanh.

t Αὐτὴν] Sic *Big. Bod. Roſt.* & *Antt.* l. 14. c. 7. §. 3. αὐτῷ *Baſ.* & *Gen.* Ιουδαίας *Lugd. Bat.*

v Ταριχαίας] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 7. §. 3. Spanh.

x Επισωισάντα.] *Lugd. Bat.* Επισωισῶντα.

y Κύπρον] Vid. ἀρχ. lib. 14. c. 7. §. 3. Spanh. Ita ſcribo ex *Antt.* l. 14. c. 7. §. 3. Κύπρι in *cæteris.* Vide *Baſnagii* Ann. vol. 1. p. 8. col. 2.

z Φασάηλος,] *Roſt.* Φάσαλος.

a Σαλώμη] Ita aptius (ut puto) ex MS. *Lugd. Bat.* in reliquis καὶ Σαλώμη &c. Hav.

b Εξοικειούμενος] Conf. infr cap. 28. §. 1. ubi ἐξοικειώμενος itidem. *MS. Lipſ.* ἐξωκειωμένος Spanh.

c Ανείλετο] *Lugd. Bat.* Εἵλετο.

d Υπέστρεψε,] *Roſt.* ἀνέστρεψε.

e Περὶ ὧν] Ubi fidem ſuam liberavit *Joſephus*, non ſatis ſcio. Multa ille de Caſſio, cum in hoc libro, tum *Antt.* 14. verum omnia poſt mortem Divi Julii. Quæ Caſſius contra Parthos ante geſſit, ea ex aliis ſcriptoribus peti jubet. *Antt.* 14. Aldr. Vocem ſequentem ἐρῶμεν delendam cenſeo, fretus auctoritate ipſius *Joſephi*, qui Antiq. l. 14. c. 7. §. 4. dicit, ὡς καὶ ὑπ' ἄλλων δεδήλωται.

** Mallem *atque ita ad pugnam egreditur Gabinius. Obviam autem ibant Judæi* &c. ac ſi ſcriptum eſſet, καὶ ὕτως ἔξεισι πρὸς μάχην Γαβίνιος.

ΚΕΦ. Θ'.

Ἀριστόβυλον ὑπὸ τῶν Πομπηίου φίλων ἀναιρεῖται, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος ὑπὸ Σκηπίωνος. Ἀντίπατρος μετὰ Πομπηίου τελευτὴν θεραπεύει Καίσαρα, καὶ συμμαχῶν Μιθραδάτῃ τὸν πολέμῳ ἀριστεύει.

CAP. IX.

Aristobulus à Pompeji amicis occiditur & filius ejus Alexander à Scipione. Antipater post Pompeji obitum in clientelam Cæsaris se confert, & auxilium ferens Mithridati præclare se gerit.

VII.

Καῖσαρ δὲ Πομπηίου καὶ τῆς συγκλήτου φυγόντων ὑπὲρ [f] τὸ Ἰόνιον, [g] Ῥώμης τε καὶ τῶν ὅλων κρατήσας, ἀνίησι μὲν τῶν δεσμῶν τὸν Ἀριστόβουλον· ὡδωδεὶ δ' αὐτῷ δύο τάγματα, καὶ τάχος ἔπεμψεν εἰς Συρίαν, ταύτῃ τε ῥᾳδίως ἐλπίσας, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἰουδαίαν, δι' αὐτοῦ προσάξεσθαι. φθάνει δὲ ὁ φθόνος καὶ τὴν Ἀριστοβούλου προθυμίαν καὶ τὰς Καίσαρος ἐλπίδας. [h] φαρμάκῳ γὰρ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τῶν τὰ Πομπηίου φρονούντων, μέχρι πολλοῦ μὲν οὐδὲ ταφῆς [i] ἐν τῇ πατρίδι μετεῖχεν· ἔκειτο δ' ἐν [k] μέλιτι σωζηρύμενος ὁ νεκρὸς αὐτοῦ, ἕως ὑπ' Ἀντωνίου [l] Ἰουδαίοις ἐπέμφθη, τοῖς βασιλικοῖς μνημείοις ἐνταφησόμενος.

Cæsar autem, cum Pompejus & senatus trans *mare* Ionium fugissent, Roma rerumque summa potitus, Aristobulum vinculis solvit; traditisque ei duabus legionibus celeriter in Syriam misit, spei plenus & hanc facillime & cuncta Judææ proxima per illum subjici posse. Verum & promptam Aristobuli voluntatem & Cæsaris spem *de eo conceptam* irritam reddidit invidia. nam veneno peremptus à Pompejanis, aliquandiu etiam sepultura in solo patrio carebat; corpusque ejus melle conservatum jacebat, donec ab Antonio missum erat Judæis, in patriis monumentis sepeliendum.

Cæsar vinculis solvit Aristobulum, Antt. l. 14. c. 7. §. 4.

Aristobulus à Pompejanis veneno sublatus. Antt. l. 14. c. 7. §. 4.

β'. Ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος πελέκει ὑπὸ Σκηπίωνος ἐν Ἀντιοχείᾳ, Πομπηίου [m] ἐπιτείλαντος, καὶ γενομένης καθηγορίας πρὸ τοῦ βήματος ὧν Ῥωμαίους ἔβλαψε. τοὺς δ' ἀδελφοὺς αὐτοῦ [n] Πτολεμαῖος ὁ [o] Μιννάιου παραλαβών, ὃς ἐκράτει τότε ὑπὸ τοῦ [p] Λιβάνου Χαλκίδος, Φιλιππίωνα τὸν υἱὸν ἐπ' αὐτοὺς εἰς Ἀσκάλωνα πέμπει. καὶ κρείττων [q] ἀποσπάσας τὴν Ἀριστοβούλου γυναικὸς Ἀντιγόνου, καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀνήγαγεν. ἄλλους δ' ἔρωτι γαμεῖ τὴν νεωτέραν, καὶ μετὰ [r] ταῦθ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς δι' αὐτὴν κτείνεται· [s] γαμεῖ γὰρ [t] Πτολεμαῖος τὴν Ἀλεξάνδραν, ἀνελὼν τὸν υἱόν, καὶ λαβὼν τὸν γάμον, [v] κηδεμονικώτερος ἦν αὐτὸς πρὸς τοὺς αὐτῆς ἀδελφούς.

Alexander à Scipione occisus. Antt. l. 14. c. 7. §. 4.

2. Porroque filius ejus Alexander à Scipione securi trucidatur Antiochiæ, idque jussu Pompeji, instituta etiam in eum accusatione pro tribunali ob ea quibus Romanos læserat. Ejus fratres ad se recepit Ptolemæus Mennæi filius, qui Chalcidem sub Libano imperio regebat, Ascalonem ad eos misso Philippione filio suo. Atque ille Antigonum ab Aristobuli conjuge abstractum, & sorores ejus ad patrem adducebat. Captus autem amore juniorem in uxorem duxit, & postea à patre propter ipsam occiditur. nam Ptolemæus, filio interfecto, Alexandram in matrimonium accipit, & nuptiarum gratia majori cura dignatus est ejus fratres.

Quo modo se gesserit Ptolemæus erga Aristobuli liberos. Antt. l. 14. c. 7. §. 4.

γ'. Ἀντίπατρος δὲ μετὰ Πομπηίου τελευτὴν μεταβὰς ἐθεράπευε Καίσαρα· [x] καὶ πείθει [y] Μιθραδάτης ὁ [z] Περγαμηνὸς, μεθ' ἧς ἦγεν ἐπ' Αἴγυπτον δυνάμεως, εἰργόμενος [a] τῶν [b] κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολῶν, ἐν Ἀσκάλωνι καθείχετο, τούς τε Ἄραβας ξένους ὧν ἔπεισεν ὁρμῆσαι, καὶ αὐτὸς ἦκεν ἄγων Ἰουδαίων εἰς τρισχιλίους ὁπλίτας. παρώρμησε δὲ καὶ τοὺς ἐν Συρίᾳ δυνατοὺς ὑπὲρ τῆς βοηθείας, [c] τῶν τ' [d] ἐποίκων τοῦ Λιβάνου [e] Πτολεμαῖον, καὶ Ἰάμβλιχον, [f] καὶ Πτολεμαῖον· δι' οὓς αἱ ταύτῃ πό-

3. Antipater autem, post obitum Pompeji, mutatis partibus, Cæsari studebat: & quia Mithradates Pergamenus, cum copiis quas ducebat in Ægyptum, prohibitus ab aditibus juxta Pelusium, apud Ascalonem detinebatur, & Arabibus, apud quos hospes erat, persuasit, ut suppetias ei ferrent, & ipse secum habens Judæorum peditum tria circiter millia subsidio profectus est. Quin & *viros* in Syria potentes ad auxilium suppeditandum excitavit, & ex Libani incolis Ptolemæum & Iamblichum & Ptolemæum: quibus factum est ut illius regionis civi-

Antipater Cæsarem demereri studet adjuvando Mithradatem. Antt. l. 14. c. 8. §. 4.

---

f Τὸν Ἰόνιον] Ἰόνιον *Big.*

g Ῥώμης τε] Illud τε, quod rotundiorem facit locutionem, ex *Lugd. Bat.* addidimus. HAV.

h Φαρμάκῳ] Aristobuli mortem vide ἀρχ. lib. 14. c. 7. §. 4.

i Ἐν τῇ πατρίδι] Ἐν τῇ πατρίδι χώρᾳ in aliquot *MSS.* ut & *Rost.* & *Lugd. Bat.* Ἐν τῇ πατρίδι χώρᾳ MS. *Lipsi.* SPANH.

k Μέλιτι] Λάρνακι *Bod.* & *Rost.* Verum μέλιτι habetur in *Antt.* l. 14. c. 7. §. 4. Ea quidem est mellis natura (teste *Plinio* in *N. H.* l. 22. c. 24. & l. 7. c. 4.) ut corpora non sinat putrescere. Λάρνακι *MS. Ox.* Conf. Antt. lib. 14. c. 7. §. 4. SPANH.

l Ἰουδαίοις ἐπέμφθη,] Ἰουδαίοις deest *Bod.* & *Rost.*

m Ἐπιτείλαντος,] *Al.* ἐπιτειλαντος. Ἐπιτειλαντος *MS. Lipsi. Voss.* SPANH.

n Πτολεμαῖος] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 7. §. 4. SPANH.

o Μιννάιου] Forsan Μιννάιος. Vide ad cap. 4. §. 8.

p Λιβάνου] Ita *Lugd. Bat.* alii Λιβανῶ. HAV.

q Ταῦθ'] *Lugd. Bat.* Ταῦτα.

r Γαμεῖ γὰρ] *Rost.* Γαμεῖ δὲ.

s Πτολεμαῖος] Ita in *MSS.* & *Ruf.* ὁ Μιννάιου post Πτολεμαῖος addunt *Bas.* & *Gen.* HUDS. *Gen.* Πτολ. ὁ Μιννάιου, ὁ Μιν. deest in *MS. Ox.* & in *MS. Lipsi.* & *Rufino.* SPANH.

t Ἀλεξάνδραν,] Ἀλεξάνδρᾳ in plerisque *MSS.*

v Κηδεμονικώτερος] Αὐτὸς post κηδεμονικώτερος adjiciunt *Big. Bod.* & *Voss.* HUDS. Jure, ut & *Rost.* nec scio cur repudiaretur. HAV.

x Καὶ πειθήνωρ] *Rost.* & *Lugd. Bat* ἐπειθήνωρ.

y Μιθραδάτης] Ita reposui ex *Rost.* adstipulantibus Nummis, qui passim nomen illud ita scribunt, non Μιθριδάτης. HAV.

z Περγαμηνὸς,] Supple ἐπικειρικὸν κομίζων ex *Antt.* l. 14. c. 8. §. 1. *Rost.* illa ab ἦγεν ad. usque ἐμβολῶν non agnoscit.

a Τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον—καθείχετο] Ita lego cum *MSS.* favente nonnihil *Josepho* in *Antt.* l. 14. c. 6. §. 2. ut & *Epiphanio*, qui vertit, *ab accessu Pelusii prohibitus.* antea erat ὑπὸ τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολῶν, i. e. *à navibus* (prout verba interpretatur Cl. *Aldrichius*) *quæ ad Pelusium erant.* id quod firmare nititur ex *Dione* l. XXXIX. p. 204. C. & *Strabone*, l. XIII. p. 625. A. & *Hirtio*, l. *de Bello Alex.* c. 26. HUDS. Ὑπὸ τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολῶν. i. e. *à navibus quæ ad Pelusium erant.* Dio. XXXIX. p. 204. C. Μιθριδάτης ἐπεχείρησε μὲν ἐς τὸ σῶμα τῆς Νείλου τὸ κατὰ Πηλούσιον ἀναβῆναι, ἀποσφαξάντων δὲ τῶν Αἰγυπτίων τὸ ἔσπλουν τοῖς πολεμίοις &c. Vide *eum locum & seqq.* Confer etiam Strabonem *XIII. p.* 625. *A.* à Casaubono restitutum, & Hirtium *de bello Alex. c.* 26. ALDR.

b Κατὰ τὸ] Vide *Dion.* l. 39. p. 204. C. & *Strabon.* l. 13. p. 625. A. *Ox.*

c Τῶν τ'] Ita *Bod.* & recte, ut pronunciat *Aldrichius*, ex *Antt.* l. 14. c. 8. §. 1. in *cæteris* ἔποικον.

d Ἐποίκων τοῦ Λιβάνου] Ἐποίκων *MS. Bod.* ἀρχ. lib. 14. c. 8. §. 1. Λίβανον ὄρος οἰκῶν nempe Θολομαῖος, qui add. ὁ Πτολεμαῖον ὁ *MS. Big.* & *Voss.* & *Ruf. Ox.*

e Πτολεμαῖον,] Θολομαῖον *Antt.* ibidem. & fortasse melius. Apud Hebræos טולמיום & תלמי, apud Arabas ثولميوس & ثلماى occurrunt. Quæ si non sint diversa nomina, scribendi tamen diversitas hoc in loco perspicuitatem parit. Sicut itaque *Josephus* in *Antt.* lib. 14. cap. 8. Ἰάμβλιχός τε ὁ δυνάστης ὁ Πτολεμαίου ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Θολομαῖος ὁ Σοέμου scripsit; ita & hoc loco Θολομαῖον ὁ Ἰάμβλιχον ὁ Πτολεμαῖον scribi expedit: nisi mavis autore *Rufino* scribere Πτολ. ὁ Ἰαμ. ὁ Πτολεμαῖον ἄλλον. ALDR.

f Καὶ Πτολεμαῖον.] Ita *Big.* & *Voss.* ὁ Πτολεμαῖον deerant *Bas. Gen.* & *Bod.* Πτολεμαῖον ἄλλον juxta *Rufinum.*

civitates alacriter belli ſocietatem coirent. Jamque Mithradates, copiis fretus ab Antipatro adductis, Peluſium ire feſtinat; cumque pertranſire trajectu prohiberetur, urbem obſidebat. At Antipater in hac oppugnatione gloriam inſigniſſimam adeptus eſt. nam cum muri, quà is erat, partem diffregiſſet, primus in urbem cum ſuis inſiluit.

Antipatri factum egregium. Antt. l. 14. c. 8. §. 2.

4. Et Peluſium quidem captum eſt: eos vero ulterius euntes rurſus prohibebant Ægyptii Judæi, regionem quæ Oniæ dicebatur incolentes. Verum iis perſuaſit Antipater, non modo ne obſtarent; ſed etiam ut copiis neceſſaria præberent. Unde factum eſt, ut nec ii qui circa Memphin erant, manus conſererent, ſed ultro ſeſe traderent Mithradati. Atque ille, cum Delta circuiviſſet, pugnam cum cæteris Ægyptiis commiſit, in loco qui Judæorum Caſtra appellatur: cumque in periculo eſſet in acie cum omni dextro cornu, Antipater, fluminis ripam circumgreſſus, eum liberavit. hoſtes enim ſibi oppoſitos devicit lævum cornu tenens. Dein facto in eos impetu, qui Mithradatem perſequerentur, & multos occidit & reliquos eouſque fugientes egit, donec caſtra illorum ceperit. De ſuis autem octoginta tantum amiſit, at Mithradates dum fugeret octingentos. Ille vero, præter ſpem ſervatus, teſtimonium apud Cæſarem abſque omni invidia perhibet, de rebus ab Antipatro præclare geſtis.

Poſtea in Ægypto præclare ſe geſſit. Antt. l. 14. c. 8. §. 2.

Amplum de eo apud Cæſarem teſtimonium perhibet Mithradates. Antt. l. 14. c. 8. §. 3.

5. Unde ille tunc quidem Antipatrum, & ſpe & laudibus *incitatum*, ad ſubeunda pro ſe pericula promptiorem reddidit. in quibus omnibus cum bellator fuerit audaciſſimus, & multa toto fere corpore vulnera acceperit, habebat quibus fortitudinem *ſuam* oſtentaret. Poſt autem cum res in Ægypto ordinaſſet *Cæſar*, in Syriam reverſus eum & Romana civitate donavit & immunitate: fecitque, & aliis honoribus eum augendo & amiciſſime tractando, ut ipſi * invideretur; atque ejus inſuper gratia pontificatum confirmavit Hyrcano.

Antipater à Cæſare honoribus auctus. Antt. l. 14. c. 8. §. 3.

λεις ἑτοίμως συνεφήψαντο τ῀ πολέμ. ϗ Θαρρῶν [g] ἤδη Μιθραδάτης τῇ προσγενομένῃ δι' Ἀντίπατρον ἰσχύϊ, πρὸς τὸ Πηλούσιον ἐξελαύνῃ, κωλυόμενός τε [h] διεξελθεῖν, ἐπολιόρκῃ τ῀ [i] πόλιν. γίνε῀ καὶ τῇ προσβολῇ ἀξιομισταῖ῀ Ἀντίπατρ῀. τὸ γ' καθ' αὐτὸν [k] μέρ῀ τ῀ τείχους ἀξαῤῥήξας, πρῶτ῀ εἰσεπήδησεν εἰς τ῀ πόλιν [l] μ῀ τ῀ σὺν αὐτῷ.

δ'. Καὶ Πηλούσιον μ῀ ἑάλω· πρόσω δ' αὐτοὺς ἰόντας, εἶργον αὖθις οἱ τ῀ Ονίου [m] προσαγορευομένην χώραν [n] κατέχοντες [o] Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι. τούτους [p] ὁ Ἀντίπατρ῀ οὐ μόνον μὴ κωλύειν ἔπεισεν, ἀλλὰ ϗ τὰ ὀπτήδεια τῇ δυνάμῃ πορίζειν. ὅθεν [q] οὐδ' οἱ κατ' τ῀ Μέμφιν ἔτι εἰς χεῖρας ἦλθον, ἑκούσιοι δ῀ προσέθεντο Μιθραδάτῃ. κἀκεῖν῀ ἤδη τὸ Δέλτα περιελθὼν, [r] συνέβαλλε τοῖς λοιποῖς Αἰγυπτίοις εἰς μάχ῀ κατ' χῶρον, ὃς [s] Ἰουδαίων στρατόπεδον καλεῖται. κινδυνευόντα δ῀ αὐτὸν ἐν τῇ παρατάξῃ, σὺν ὅλῳ τῷ δεξιῷ κέρατι, ῥύε῀ περιελθὼν Ἀντίπατρ῀ πρὸς τ῀ αἰγιαλὸν ϗ πολεμῶ. [t] τ῀ γ' καθ' ἑαυτὸν ἐκράτ῀ τὸ λαιὸν ἔχων κέρας. ἔπειτα προσπεσὼν τοῖς διώκουσι Μιθραδάτ῀, [v] ἀπέκλεινέ τε πολλοὺς, ϗ μέχρι [x] τοσούτου τοὺς καταλειπομένους ἐδίωξεν, ὡς ϗ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἑλεῖν. [y] ὀγδοήκοντα δ῀ μόνους τ῀ ἰδίων ἀπέβαλε, ϗ Μιθραδάτης ἐν τῇ τροπῇ [z] περὶ ἑκατοσίους. σωθεὶς δ' αὐτὸς παρ' [a] ἐλπίδα, μάρτυς ἀβάσκαν῀ γίνε῀ πρὸς Καίσαρα τ῀ Ἀντιπάτρου κατορθωμάτων.

ε'. Ὁ δ῀ τότε μὲν τ῀ ἄνδρα, τοῖς ἐπαίνοις ϗ ταῖς ἐλπίσιν, [b] εἰς τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ κινδύνους ἐπέῤῥωσεν. ἐν οἷς πᾶσι [c] παραβολώταῖ῀ [d] ἀγωνιστὴς γενόμεν῀, ϗ πολλὰ τρωθεὶς, [e] ἐφ' ὅλῳ σχεδὸν τ῀ σώματ῀, εἶχε τὰ σημεῖα τ῀ ἀρετῆς. [f] αὖθις δ῀ καταγησάμεν῀ τὰ κατ' τ῀ Αἴγυπτον, ὡς [g] ἐπανῆκεν εἰς Συρίαν, πολιτείᾳ τε αὐτὸν τῇ Ῥωμαίων ἐτίμησε ϗ ἀτελείᾳ, τ῀ τε ἄλλης τιμῆς ϗ φιλοφρονήσεως ἕνεκεν ζηλωτὸν ἐποίησε, ϗ τ῀ [h] ἀρχιερωσύνῃ δ῀ δι' αὐτὸν ἐπεκύρωσεν Ὑρκανῷ.

ΚΕΦ.

[g] Ἤδη] Ὡς ἤδη *Roſt.*
[h] Διεξελθεῖν,] *Roſt.* Ἐξελθεῖν.
[i] Πόλιν.] Poſt πόλιν in *Baſ.* & *Gen.* redundabat μετὰ τ῀ σὺν αὐτῷ. quæ ejicienda eſſe curavi auctoritate *Big. Roſt. Bod. Voſſ. Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 8. §. 1.
[k] Μέρος τ῀ τείχους ἀξαῤῥήξας,] Conf. Antt. lib. 14. c. 8. §. 1. SPANH.
[l] Μετὰ τ῀ σὺν αὐτῷ.] Μετ. τ σ. αὐτῷ. Non extant in *MSS.* nec *Ruſin.* & omiſſ. in edit. *Oxon.* SPANH.
[m] Προσαγορευομένην] *Roſt.* Λεγόμενον.
[n] Κατέχοντες] Iterum poſt κατέχοντες habemus ἦσαν δὲ in *Baſ.* & *Gen.* contra *Big. Roſt. Bod. Voſſ.* & *Ruf.* Vel κατέχοντες Ἰουδαῖοι *n.* è *MS. Ox.* & *MS. Lipſ.* SPANH.
[o] Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι.] Ita *Ruf.* & in *Antt.* l. 14. c. 8. §. 1. antea erat Ἰουδαῖοι ϗ Αἰγύπτιοι.
[p] Δὲ Ἀντίπατρος] Illud δὲ ex *Big. Roſt. Bod. Voſſ.* & *Antt.* l. 14. c. 8. §. 1.
[q] Οὐδ' οἱ κατὰ τὴν Μέμφιν] *Roſt.* Οὐδὲ οἱ καταμεμφθέντες, quaſi vellet καταμεμφθέντες.
[r] Συνέβαλλε] Συμβάλλει in aliquot *MSS.* ut & *Roſt.* & *Lugd. Bat.*
[s] Ἰουδαίων στρατόπεδον] Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 8. §. 2. SPANH.
[t] Τῶν τρ῀] *Lugd. Bat.* Τῶν τε τρ῀.
[v] Ἀπέκλεινέ τε] Hic jam illud τε delet *Lugd. Bat.*
[x] Τοσούτου] *Roſt.* Τούτου, & mox *Lugd. Bat.* Καταλειπόμενος,
[y] Ογδοήκοντα] Πενήκοντα in *Antt.* l. 14. c. 8. §. 2. Πενήκοντα ἀρχ. lib. 14. c. 8. §. 2. SPANH.
[z] Περὶ ἑκατοσίους.] *Roſt.* Περιών.
[a] Ελπίδα,] Ita *Big.* & *Voſſ.* & *Roſt.* ἐλπίδας in *cæteris.*
[b] Εἰς τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ κινδύνους] Hiſce omiſſis reliqua *Roſt.* connectit.
[c] Παραβολώταῖος] Conf. lib. 6. Antiq. Jud. c. 10. §. 2. SPANH.
[d] Αγωνιστὴς] Ὠφθεὶς ἀγωνιστὴς *Bod.* & *Roſt.*
[e] Εφ' ὅλῳ] Εφ' ὅλῳ σχεδὸν *Big. Bod. Voſſ.* & *Lipſ.* HUDS. Imo etiam *Roſt.* nec indignum cenſui ut reciperem, licet καθόλου *Hudſ.* ediderit; imo etiam diſtinctio mihi tollenda videtur poſt σώματος & reponenda poſt τρωθείς. Ut ita dicatur multum vulneratus toto fere corpore ſigna virtutis ſuæ circumtuliſſe. HAV. Pro καθόλου σχεδὸν *MS. Lipſ.* Εφ' ὅλου σχεδὸν. SPANH.
[f] Αὖθις δὲ] *Roſt.* Delet δὲ & mox ſcribit πρὶν pro καὶ.
[g] Επανῆκεν] Επανῆλθεν *Bod.* & *Roſt.*
[h] Αρχιερωσύνην] *Roſt.* Ιερωσύνην.
* *Al.* Ut eum beatum prædicarent.

ΚΕΦ. ι'.

Ἀντίπατρον ἐπίτροπον Ἰουδαίας ἀποδείκνυσι Καῖσαρ, Ἀντίπατρος δὲ Ἱεροσολύμων φρουρὸν καθίστησι Φασάηλον, καὶ τῆς Γαλιλαίας ἔπαρχον Ἡρώδιον· ὃς μετ' ὀλίγον εἰς κρίσιν καλεῖται καὶ ἀπολύεται. Σέξτον Καίσαρα ὑπὸ Βάσσου δολοφονηθέντα διαδέχεται Μάρκος.

[i] Κατὰ ταὐτὸ δὲ καὶ Ἀντίγονος [k] ὁ Ἀριστοβούλου, πρὸς τὸν Καίσαρα παρὼν, γίνεται παραδόξως Ἀντιπάτρῳ μείζονος προκοπῆς αἰτία. δέον [l] οὖν [m] ἀποδύρεσθαι τοῦ πατρὸς πεφαρμάχθαι δοκοῦντος ὑπὸ τοῦ πρὸς Πομπήιον διαφορῶν, καὶ τοῦ [n] ταδελφοῦ τὸν Σκηπίωνος ὠμότητα μέμφεσθαι, καὶ μηδὲν εἰς τὸ ἔλεον προδαμίξαι φθονεροῦ πάθους, ὁ δ' ὅπως τούτοις Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιπάτρῳ κατηγόρῃ παρελθὼν, ὡς προδιαπεπραγμένα μὲν αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν πάσης [o] ἀπελαύνοιεν τῆς πατρίδος γῆς, [p] πολλὰ δ' εἰς τὸ ἔθνος αὐτοὶ διὰ χόρου ἐξυβρίζοιεν· [q] καὶ ὅτι τὴν εἰς Αἴγυπτον συμμαχίαν, οὐκ [r] ἐπ' εὐνοίᾳ αὐτῷ πέμψειαν, ἀλλὰ [s] κατὰ δέος τῶν πάλαι [t] διαφορῶν, καὶ τὸν [u] πρὸς τὸν Πομπήιον φιλίαν ἀποσκευαζόμενοι.

β'. [x] Πρὸς ταῦθ' ὁ Ἀντίπατρος ἀπρίξας τὴν ἐσθῆτα, τὸ πλῆθος ἐπεδείκνυε τῶν τραυμάτων, καὶ σιωπῶν ἐβόα· καὶ μὴν εἰς Καίσαρα εὐνοίας, οὐκ ἔφη λόγου δεῖν αὐτῷ, κεκραγέναι γὰρ τὸ σῶμα σιωπῶν· Ἀντιγόνου δὲ θαυμάζειν τὸ τόλμαν, εἰ πολεμίου Ῥωμαίων υἱὸς ὢν καὶ Ῥωμαίων δραπέτου, καὶ τὸ νεωτεροποιοὺς εἶναι καὶ στασιώδης αὐτὸς πατρῷον ἔχων, κατηγορεῖν ὑπεκχείρησεν ἑτέρων, [y] καὶ πειρᾶται τυχεῖν ἀγαθοῦ τινος, δέον ἀγαπᾶν ὅτι ζῇ. καὶ γὰρ νῦν ἐφίεται πραγμάτων οὐ τοσοῦτον [z] δι' ἀπορίαν, ἀλλ' ἵνα Ἰουδαίους [a] διαστασιάσῃ παρελθὼν, καὶ χρήσηται τοῖς τῶν δόντων ταῖς ἀφορμαῖς.

γ'. Τούτων Καῖσαρ ἀκούσας, Ὑρκανὸν μὲν ἀξιώτερον τῆς [b] ἀρχιερωσύνης ἀπεφήνατο, Ἀντιπάτρῳ δὲ δυνάστειας αἵρεσιν ἔδωκεν. ὁ δ' ὅπως τῶν τιμησάντων τὸ μέτρον τῆς τιμῆς θήσεται, [c] πάσης ἐπίτροπος Ἰουδαίας ἀποδείκνυται, καὶ [d] προσεπιτυγχάνει [e] τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνακλίσαι καταγραμμένα. τὰς μὲν δὴ τιμὰς ταύτας Καῖσαρ [f] ἀπέστελλεν ἐν τῷ [g] Καπετωλίῳ χαραχθῆναι, τό τε αὐτῷ δικαιοσύνης σημεῖον, καὶ τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἐσόμενον.

δ'. Ἀντίπατρος δὲ, Καίσαρα προπέμψας ἐκ τῆς Συρίας, [h] εἰς Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν. καὶ πρῶτον μὲν τὸ τεῖχος ἀνεδείματο τῆς πατρίδος ὑπὸ [i] Πομπηίου καταγραμμένον, καὶ τοὺς ἀνὰ τὴν χώραν θορύβους ὁπλῶν κατέστελλεν, ἀπειλῶν ἅμα καὶ συμβουλεύων ἐν ἑκάστοις, ὅτι

CAP. X. VIII.

Antipatrum Judææ procuratorem facit Cæsar, & Antipater Hierosolymis præficit Phasaëlum, & Herodi summam in Galilæa potestatem mandat; qui non multo post in judicium vocatur & absolvitur. Sexto Cæsari à Basso insidiis peremto succedit Marcus.

SUB idem autem tempus & Antigonus Aristobuli filius, cum ad Cæsarem venisset, in causa erat, præter opinionem, quod Antipater plus auctoritate valeret. nam cum oportuerit eum patris fortunam deplorare, qui veneno sublatus videbatur ob inimicitias quæ illi cum Pompejo intercesserant, & queri de Scipionis in fratrem crudelitate, nihilque quod invidiam moveret adhibere, dum misericordiam implorat, ille in medium prodiens præterea Hyrcanum & Antipatrum accusabat, ac si ipsum quidem iniquissime cum fratribus suis omni de terra patria abegissent, multisque ipsi gentem injuriis ex petulantia affecissent; quodque in Ægyptum auxilia ei non ex benevolentia miserint, sed metu veterum inimicitiarum, & ut amicitiam cum Pompejo institutam deprecarentur. *Antigonus accusat Hyrcanum & Antipatrum. Antt. l. 14. c. 8. §. 4.*

2. Ad hæc Antipater, veste abjecta, vulnerum multitudinem palam faciebat, & de sua quidem in Cæsarem benevolentia, non opus esse sibi dicebat verba facere; nam corpus etiam se tacente clamare: Antigoni vero audaciam mirari, qui, cum hostis Romanorum sit filius & fugitivi Romanorum, & novarum rerum studiosus seditiosusque patrem imitetur, apud Romanorum præsidem contra alios accusationem instituerit, & emolumenti aliquid comparare studeat, cum isto contentus esse deberet quod vivat. nam & nunc non propter inopiam *rebus intereſſe adeo desiderare, sed ut inter Judæos seditionem concitet, & facultatibus *suis* contra largitores *earum* utatur. *Antipater se defendit. Antt. l. 14. c. 8. §. 4.*

3. Cum ista Cæsar audisset, Hyrcanum quidem pontificatu digniorem esse pronunciavit, Antipatro autem potestatis, quam vellet, optionem dedit. Ille vero, honoris modum & mensuram dantis arbitrio permittens, totius Judææ procurator declaratus est, & præter hoc impetravit, ut subversa patriæ mœnia instaurare sibi daretur. Et hos quidem honores Cæsar misit tabulis incidendos in Capitolio, in perpetuum suæque justitiæ & Antipatri virtutis monumentum. *Cæsar in pontificatu confirmat Hyrcanum, & Antipatrum totius Judææ procuratorem facit. Antt. l. 14. c. 8. §. 5.*

4. Antipater vero, deducto à Syria Cæsare, in Judæam reversus est. & primum quidem patriæ muros à Pompejo dirutos refecit, & regionem obiens tumultus qui in ea erant compescebat, partim minando, partim singulis consulendo, *admonens eos*, fore, *Antipater Hierosolymorum muros reficit, & tumultus compescit. Antt. l. 14. c. 9. §. 1.*

---

[i] Κατὰ ταὐτὸ δὲ] Κατ' αὐτὸ *Big. Voss.* & *Bod.*

[k] Ὁ Ἀριστοβούλου,] Articulum ὁ delet. *Lugd. Bat.*

[l] Γὰρ] *Rost.* Γαρ ἀποδυρασθαι.

[m] Ἀποδύρεσθαι] Ἀποδυρασθαι in *iisdem MSS.*

[n] Τὸν ἀδελφὸν] *Lugd. Bat.* Τῶ ἀδελφῶ.

[o] Ἀπελαύνοιεν] Ἀπελαύνει τῆς πατρῴας γῆς, vel ἀπελαύνοιεν τῆς πατρῴας γῆς in *MSS.*

[p] Πολλὰ δ'] *Rost.* Πολλὰν δὲ.

[q] Καὶ ὅτι] *Lugd. Bat.* Καὶ διότι.

[r] Ἐπ' εὐνοίᾳ] Ἐξ εὐνοίας *Bod.* & *Rost.* Ἐξ εὐνοίας *MS. Bod. Ox.* & *MS. Lipſ.* SPANH.

[s] Κατὰ δέος] *Lugd. Bat.* Κατὰ τὸ δέος.

[t] Διαφορῶν,] Διαφόρων *Bod.*

[u] Πρὸς τὸν] Illud τὸν non agnoscit *Lugd. Bat.*

[x] Πρὸς ταῦθ'] Πρὸς ταῦτα. *Lugd. Bat.*

[y] Καὶ πειρᾶται τυχεῖν] Καὶ προσεπιτυγχάνει *Big.* & *Voss.*

[z] Δι' ἀπορίαν,] Κατ' ἀπορίαν *Bod. Rost.* & *Lugd. Bat.*

[a] Διαστασιάσῃ] Ita *MS. Lipſ.* SPANH. Imo *Lugd. Bat.* quoque & *Rost.* unde quum constet apud Græcos illud ἀφ' passim poni in ista notione, ubi animus in varias partes rapitur, non aliter *Josephum* scripsisse existimo pro eo quod vulgati libri habent στασιάσῃ. Confer cap. sequens §. 1. HAV.

[b] Ἀρχιερωσύνης] Simplex ἱερωσύνης, ut superius, ita etiam hic præfert *Rost.* HAV.

[c] Πάσης ἐπίτροπος Ἰουδαίας] Antipater Judææ Procurator, vid. ἀρχ. lib. 14. c. 8. §. 5. SPANH.

[d] Προσεπιτυγχάνει] Hyrcano hoc concessum esse dicit in *Antt.* l. 14. c. 8. §. 5.

[e] Τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνακλίσαι] Id Hyrcano & Julio Cæsari datum dicit, non Antipatro ἀρχ. lib. 14. c. 8. §. 5. Ἐπέτρεπε δὲ καὶ Ὑρκανῷ τὰ τῆς πατρίδος ἀνασῆσαι τείχη. SPANH.

[f] Ἀπέστελλεν] *Lugd. Bat.* Ἐπέστελλεν.

[g] Καπετωλίῳ χαραχθῆναι,] Ita *Big. Voss.* & *Antt.* l. 14. c. 8. §. 5. Καπετωλίῳ in *aliis.*

[h] Εἰς Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν.] Ὡς εἰς *Big.* εἰς τὴν *Bod.* & *Voss.* Idem etiam, seu *Lugd. Bat.* delet quoque mox vocalem καὶ.

[i] Πομπηΐου] Confer ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 1. SPANH.

* *Al.* rempublicam capessere.

fore, ſi ab Hyrcano ſtarent, ut feliciter & quiete vitam agerent, ſuiſque bonis & pace communi fruentes; ſin vero ſpe vana ab iis ducerentur, qui privati quæſtus gratia res novas moliri ſtudent, ipſum experturi ſunt pro curatore dominum, & Hyrcanum pro rege tyrannum, itemque Romanos & Cæſarem pro ducibus & amicis hoſtes *acerbos*. non enim paſſuros eum ab imperio ſummoveri, quem conſtituiſſent ipſum. Atque ſimul ac iſta diceret, res regionis ſolus ordinavit. quod Hyrcanum & ſegniorem & remiſſiorem videret quam regnum poſceret. Et Phaſaëlum quidem, filiorum natu maximum Hieroſolymorum agrique finitimi præfectum conſtituit: Herodem vero, illi ætate proximum, * cum pari poteſtate miſit in Galilæam, adoleſcentulum admodum.

Phaſaëlo mandat Hieroſolyma, Herodi Galilæam. Antt. l. 14. c. 9. §. 2.

5. Ille vero, natura factus ad res gerendas, ſtatim invenit materiam animi magnitudini *exercendæ idoneam*. Itaque cum offendiſſet Ezechiam latronum ducem, magna manu finitima Syriæ incurſantem, & illum nactus interficit, multoſque latronum. quod ſane maxime Syris gratum præſtitit. adeoque omnium ſermone per vicos & in urbibus celebratus erat Herodes, ut qui præſentia ſua pacem illis dederit, & omnes facultates in tuto collocarit. Quo factum eſt, ut etiam Sexto Cæſari innoteſceret, cognato magni Cæſaris & Syriam adminiſtranti. Phaſaëlo autem cum fratre gloriam adepto pulchra erat contentio, dum Hieroſolymitarum erga ſe benevolentiam augere ſtudet, ut qui urbem quidem per ſe regeret, ſed ita ut nihil inhoneſte faceret, poteſtate ſua ad aliorum injuriam abutendo. Hinc & Antipater à gente more regio colebatur, & ab univerſis, quaſi omnium dominus exſtitiſſet, habebatur in honore. Nec tamen vel minimum diſceſſit à ſua erga Hyrcanum fide & benevolentia.

Herodes Ezechiam latronem tollit. Antt. l. 14. c. 9. §. 2.

Herodes laudatur, & Sexto Cæſari innoteſcit. Antt. l. 14. c. 9. §. 2.

Antipater magno in honore. Antt. l. 14. c. 9. §. 2.

6 Verum fieri non poteſt ut invidiam quiſquam in ſecundis rebus effugiat. Nam Hyrcanum quidem ipſum jam ante tacite mordebat juvenum gloria, maximeque animum ejus ſolicitabant res ab Herode præclare geſtæ: inſuper & crebri nuncii bonæ utriuſque famæ unus alium præcurrentes; multi etiam in regia invidi & obtrectatores ſtimulos *ei* ſubjiciebant, quibus aut Antipatri aut filiorum ejus obſtabat prudentia, dicentes, quod Antipatro ejuſque filiis cedens rerum adminiſtratione, ſederet regis ſolum nomen habens, idque ſine omni pote-

Poſtea ei invidetur. Antt. l. 14. c. 9. §. 2.

τὰ μὴ Υρκανῷ φρονοῦντες ἐν ὅλῳ τῷ καθ' ἡσυχίαν βιώσονται, τῶν τε ἰδίων κτημάτων καὶ κοινῆς εἰρήνης [k] ἀπολαύσονται· εἰ δὲ πειθοίντο ταῖς ψυχραῖς ἐλπίσι τῶν νεωτερίζειν ὅπῃ κέρδεσιν οἰκείοις ἐθελόντων, αὐτόν τε [l] πειράσουσιν ἀντὶ κηδεμόνος δεσπότου, καὶ Υρκανὸν ἀντὶ βασιλέως τύραννον, Ρωμαίους γε μὴν καὶ Καίσαρα πολεμίους ἀνθ' ἡγεμόνων καὶ φίλων. ὑφ' ὧν ἀνέξεσθαι μεταχινήσιμον ἐκ τῆς ἀρχῆς, ὃν αὐτοὶ κατέστησαν. ἅμα δὲ ταῦτα λέγων δι' ἑαυτοῦ [m] καθίστατο τὴν χώραν ὁρῶν τ Υρκανὸν [n] νωθῆ τε καὶ βασιλείας [o] ἀτονώτερον. Φασάηλον μὲν δὴ, τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον, Ιεροσολύμων καὶ τῆς περιοικίδος, τετραρχοῦντα καθίστησι· τὸν δὲ μετ' αὐτὸν Ηρώδην, ὁπηνίκα τοῖς ἴσοις ἔστειλεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν [p] κομιδῇ νέον.

ε'. Ὁ δὲ, ὢν φύσει δραστήριος, ὕλην εὐθέως εὑρίσκει τῷ φρονήματι. [q] καλαλαβὼν οὖν [r] Εζεκίαν τὸν ἀρχιλῃστὴν, [s] τὰ προσεχῆ [t] τῇ Συρίᾳ καταστρέφεται μεγίστην σίφωνα, αὐτόν τε συλλαβὼν ἀποκτείνει, καὶ πολλοὺς τῶν λῃστῶν. [v] ὁ δὴ μάλιστα τοῖς Σύροις κατώρθωκε κεχαρισμένον. ὑμνεῖτο γοῦν ἀνά τε τὰς κώμας καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν Ηρώδης, ὡς [x] εἰς εἰρήνην [y] αὐτοῖς παρὼν, καὶ τὰς κτήσεις ἀνασεσωκώς. γίνεται δ' ἐκ τούτου καὶ [z] Σέξτῳ Καίσαρι γνώριμος, ὄντι συγγενεῖ τοῦ μεγάλου Καίσαρος, καὶ διοικοῦντι τὴν Συρίαν. πρὸς δὲ τὸν ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦντα καὶ Φασάηλον φιλοτιμεῖτο τὴν ἀγαθὴν ἔριν, τοὺς ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις εὐνοστέρους [a] καθιστάμενος, καὶ δι' αὐτοῦ μὲν ἔχων τὴν πόλιν, μηδὲν δ' ἀπειροκάλως εἰς τὴν ἐξουσίαν ἐξυβρίζων. ἔνθεν [b] Αντιπάτρῳ θεραπεία τε ἦν ἐκ τοῦ ἔθνους βασιλικὴ, καὶ τιμαὶ παρὰ πάντων ὡς δεσπότῃ τῷ ὅλων. [c] ὃ μὲν αὐτὸς τὸ πρὸς Υρκανὸν εὐνοίας ἢ πίστεως τὶ μεθεκίνησεν.

ϛ'. Αμήχανον δ' ἐν εὐπραγίαις φθόνον διαφυγεῖν. Υρκανὸς γοῦν ἤδη μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡσυχῇ πρὸς τὸ κλέος τῶν νεανίσκων ἐδάκνετο, μάλιστα δ' ἐλύπει τὰ [d] Ηρώδου κατορθώματα. καὶ κήρυκες ἐπάλληλοι τὰ καθ' ἕκαστον εὐδοξίας [e] προτρέχοντες, πολλοὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις [f] βασκάνων ἠρέθιζον, οἷς ἦν τὸ τῶν παίδων ἢ τὸ Αντιπάτρου [g] σωφρονικὸν [h] προσίστατο, λέγοντες ὡς Αντιπάτρῳ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ συνδιαχωρήσας τῶν πραγμάτων, καθέζοιτο τὸ ὄνομα μόνον [i] βασιλέως ἔχων ἔρημον ἐξουσίας. καὶ μέχρι τοῦ πλα-

---

k Απολαύσονται.] Απολαβόντες *Bod.* Huds. Cum *Bod.* hic, ut paſſim, facit quoque *Roſt.* verum, ſicut hic illic, ſed non ubique nec accurate, varias lectiones codicis *Voſſiani* nunc *Lugd. Bat.* habuit clariſſim. *Hudſonus*, ita hic quoque veram ex illo *Joſephi* manum repræſentare non potuit. Clare vero in eodem exſtat, non ut *Bod.* vel *Roſt.* habent, vel ut *Hudſ.* aliique editores, ἀπολαυσοῦσι activa (ut Grammatici loquuntur) terminatione, verum paſſiva ἀπολαύσονται, quod & ad oram Codicis ſui ex eodem MS. Cl. *Coccejus* notaverat, adſcripto *novè!* Sed tamen & in terminatione paſſiva verbum hoc *commodum* & *emolumentum* ſignificare atque in bonam partem accipi, docet Chryſoſtomus in libello de Precatione πόσων εἰσὶν ἀγαθῶν ἀπολαυσιν τοὺς ἐν εὐχαῖς καὶ δέησι πάσῃ τὸν βίον ἐκπλαύτους. Adde *Henr. Stephanum* in Theſauro Tom. 2. p. 604. Hav.

l Πειράσουσιν] Pro πειράσονται. Conf. inf. h. l. c. 13. §. 8. Cocc.

m Καθίσταλο] Καθίστησι *Roſt.*

n Νωθῆ τε,] Confer ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 2. Spanh.

o Ατονώτερον.] Infra cap. 25. §. 1. ἀτονώτερον. *imbellem* Spanh. Καθώτερον *Lugd. Bat.* quod gloſſema eſſe puto. Hav.

p Κομιδῇ νεον.] Idem *Antt.* l. 14. c. 9. §. 2. νέος παιδάριον appellatur, utpote annorum κε'. non ut vulgo legitur μ'. quippe poſt decem circiter annos regnum adiit; quod cum annis 34 tenuiſſet, quaſi ſeptuagenarius obiit. *Polybius* de Tito Flaminio: καίτοι νέος ἦν κομιδῇ, πάλιν γὰρ τὸ τριακοστὸν ἐτῶν οὐκ εἶχε. l. 17. p. 752. Quindecennem, Joſephus non νέον, ſed παῖδα, παῖδα aut μειράκιον appellaſſet. Vide *Caſaubonum* in *Exercit.* I. p. 138. & *Spanhemium* in *Dub. Evang.* 2. II. 16. Aldr. Contra iſta *Chr. Noldius* in *Hiſtoria Idumæa* p. 59. &c. Videſis *Antt.* l. 14. c. 9. §. 2. Conf. ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 2.

q Καλαλαβὼν] *Roſt.* Καὶ καταλαβὼν.

r Εζεκίαν τὸν ἀρχιλῃστὴν,] Conf. infr. lib. 2. c. 4. §. 1.

s Τὰ προσεχῆ τῇ &c.] Τῆς Συρίας ἀρχ. lib. 14. c. 9. §. 2. Spanh.

t Τῇ Συρίᾳ] Τῆς Συρίας *Bod.* & *Antt.* l. 14. c. 9. §. 2.

v Ὁ δὴ μάλιστα] Forſan ὁ δὲ μάλιστα.

x Εἰς εἰρήνην] Αρχ. lib. 14. c. 9. §. 2. Εἰρήνην αὐτοῖς παρεσχηκώς. Spanh.

y Αὐτοῖς παρὼν] Αὐτοὺς abſque παρὼν *Big.* & *Voſſ.* Scribendum forte, ὡς εἰρήνην αὐτοῖς παρέχων ex *Antt.* l. 14. c. 9. §. 2. Aldr.

z Σέξτῳ Καίσαρι] De quo Hirtius *Bell. Alex.* cap. 66. Sextum Cæſarem, amicum & neceſſarium ſuum, legionibus Syriæ præfecit. Appianus *Civil.* III. p. 575. Γαΐος Καίσαρ ὅτε Συρίαν διώδευε, τέλος ἐν αὐτῇ καταλειπει——τοῦτο τὴν μὲ ἐπιμέλειαν Κεκίλιος Βάσσος εἶχε, τὸ δὲ ἀξίωμα Ιούλιος Σέξτος, μειράκιον αὐτῷ Καίσαρος συγγενές. Vide illum *Civil.* IV. p. 623. Dionem XLVII. p. 742. Aldr.

a Καθιστάμενος,] Καθισανόμενος *Bod.*

b Αντιπάτρῳ] Sic. *Big. Voſſ. Bod. Ruf.* & *Antt.* l. 14. c. 8. §. 2. Antipatri nomen omiſerunt *Baſ.* & *Gen.* Sed habent *MS. Lugd. Bat.* & *Roſt.* qui poſterior etiam legit Θεραπεία δὲ.

c Οὐ μὴν αὐτὸς] Deſunt hæc in *MS. Voſſ. Ox.* Spanh.

d Ηρώδου] Ita cum *Ruſini* exemplaribus. Φασαήλου perperam in *Græcis.* Ηρώδου legit hic *Ruſin.* Spanh.

e Προϊρίχοντες,] Forſan προσρίχοντες.

f Βασκάνων ἠρέθιζον,] Abſunt a *Roſt.* ubi ſpatium aliquod vacuum relictum eſt. Hav.

ς'. Ηρῴδης γεμὼν ὀργῆς ἐν ἐκκλησίᾳ τῶν τε ἡγεμόνων καὶ Τήρωνος κατηγορήσας, τὸν λαὸν ἐπ' αὐτοὺς ἐστρατολόγησεν. αὐτόθι γοῦν ἀναιρεῖται μὲν τοῦ κυρέως, ξύλοις βαλλόμενοι καὶ λίθοις. πέμψας δὲ καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς Σεβαστὴν, οὖσαν ἐπὶ σταδίοις τοῦ Καισαρείας, προσέταξεν ἀποπνίξαι. καὶ τελευτῶντος αὐτῷ ταχέως τοῦ προστάγματος, τοὺς νεκροὺς εἰς Αλεξάνδρειον ἐκέλευσεν ἀναχομισθῆναι τὸ φρούριον, συνταφησομένους Αλεξάνδρῳ τῷ μητροπάτορι. τὸ μὲν οὖν Αλεξάνδρου καὶ Αριστοβούλου τέλος τοιοῦτον.

Tero, filius ejus & tonsor lapidati. Ibid.

Alexander & Aristobulus jussu Herodis strangulati. Ibid.

6. Cæterum Herodes, & ducibus & Terone pro concione accusatis, *populum congregatum in eos incitavit. adeoque ibidem una cum tonsore lignorum & lapidum ictibus interficiuntur. Cum autem filios misisset Sebasten, quæ non longe aberat à Cæsarea, eos † strangulari præcepit: factoque sine mora quod imperaverat, mortuos in Alexandrium castellum asportari jussit, cum Alexandro materno avo sepeliendos. Et *vitæ* quidem finem ejusmodi habuere Alexander & Aristobulus.

CAP.

lios, exitium alterius filiis decernere. Quin & idem duobus etiam legatis visum est, eosque nonnulli alii sequuti sunt. At tristem sententiam primus Volumnius dixit; cunctique post eum morte damnabant adolescentes, aut Herodis adulatione aut odio, * nemo autem ex indignatione. Tum sane Syria omnis & Judæa suspensis animis *sollicitisque* tantæ tragœdiæ exitum exspectabat: nullus tamen suspicabatur Herodis crudelitatem ad filiorum cædem processuram. Verum ille filios Tyrum traxit, cumque inde Cæsaream navigasset, quo mortis genere perimeret adolescentes, deliberabat.

4. Interea vetus quidam regis miles, Tero nomine, qui filium habebat Alexandro valde familiarem & amicum & ipse adolescentes privatim dilexerat, præ nimia indignatione † mente excidit; & primo quidem circumcursans clamitabat, conculcatam esse justitiam, interiisse veritatem, *rerum* naturam confusam esse, vitam *hominum* iniquitatis esse plenam, & alia omnia quæ dolor vitam contemptui habenti suggereret. Tandem vero regem ipsum adire ausus. „ At mihi, inquit, miserrimus esse „ videris, qui adversus carissimos nequissimis cre„ dis; si quidem contra filios tuos Pheroræ & Sa„ lome fidem habeas, quos sæpe damnandos judi„ casti; qui te legitimis successoribus spoliantes „ Antipatro soli relinquunt, regem ‡ sibi maxime „ obnoxium *habere* optantes. Atqui certe tua in„ teresse, dispicere, annon forsan ipse militibus „ invisus sis ex nece fratrum. nullus enim est qui „ non adolescentium misereatur, ducum autem „ plurimi etiam palam indignantur." Simul ac ista diceret, nominabat eos quibus mota erat indignatio. Rex autem statim illos ipsumque cum filio comprehendi jubet.

5. Quo facto, aulicus quidam è regis tonsoribus, Trypho nomine, nescio qua exagitatus insania, prosiliens sui indicium facit; &, mihi, inquit, „ Tero iste persuadere voluit, ut quando te ton„ deam, occiderem: & magna inde Alexandrum „ daturum munera pollicebatur". His auditis, Herodes & Teronem ejusque filium & tonsorem quæstioni subdidit. Cumque illi pernegarent, & tonsor nihil amplius diceret, Teronem vehementius torqueri jussit. Filius autem, *patris* misertus, regi promisit se patefacturum omnia, si patrem sibi condonare vellet. Cumque ille *fidem* dedisset, ipsius occidendi patrem suum habuisse voluntatem ajebat, ab Alexandro impulsum. Hoc quidem nonnulli ut patrem tormentis eriperet, fictum, alii autem verum esse affirmabant.

6. Cæterum Herodes, & ducibus & Terone pro concione accusatis, * populum congregatum in eos incitavit. adeoque ibidem una cum tonsore lignorum & lapidum ictibus interficiuntur. Cum autem filios misisset Sebasten, quæ non longe aberat à Cæsarea, eos † strangulari præcepit: factoque sine mora quod imperaverat, mortuos in Alexandrium castellum asportari jussit, cum Alexandro materno avo sepeliendos. Et *vitæ* quidem finem ejusmodi habuere Alexander & Aristobulus.

CAP.

πωλ παλίρια πρίσθως, quales erant hi tres Saturnini liberi ἀρχ. lib. 16. c. 11. §. 3. SPANH.

f Τέκνοις] Ita cum *MS.* τίκνοις in *Editis.*

g Καὶ οἱ δύο πρεσβευταὶ γίνονται,] Conf. supr. §. 2. SPANH.

h Κολακεύοντες,] Adulatione *Oxon.* SPANH.

i Ἐκδεχομένων] Ἐκδεχόμενοι *Voss.* ἐκδεχόμενον *Busb.* quod sane mallem.

k Τήρων,] Ita etiam in *Antt.* l. 16. c. 11. §. 4. & plerumque in *MS.* Τίφων in *Editis* & in versione *Rufini.* Τείφων *Busb.* Τίφων *Rhed.* HUDS. Τήρων ἀρχ. lib. 16. c. 11. §. 3. & *Bod. Voss. Oxon.* Τίφων *Gen.* l. c. & in al. *Oxon.* SPANH.

l Ἐν τοῖς] Abest a *Rost.*

m Ἐφ' ᾧ] Ἐφ' ὧν *Voss. Big.* & *Bod.*

n Ὅταν θεραπεύω τῷ] Conf. ἀρχ. lib. 16. c. 11. §. 5. SPANH.

o Ξυρῷ σε] *Rost.* Ξυρώσαι superscripto ε.

p Οὖσαν ἐ] *Lugd. Bat.* Οὖσι male.

* Nemo tamen quasi factum horruit, & quasi commotus pronunciavit, *Hegesipp.*

† Turbatus animi vociferari cœpit, *Hegesipp.*

‡ Capi facilem sibi regem optantes, *Ruf.* i. e. *obnoxium, tractabilem, qui in eorum potestate totus esset.*

* In eos populum armavit, *Ruf.*

† Præfocari *Oxon.* SPANH.

XVIII. CAP. XXVIII. ΚΕΦ. κϛ'.

Qualiter omnibus invisus erat Antipater: & quomodo rex occisorum liberos consanguineis suis despondit; alias autem nuptias eis excogitavit Antipater. De Herodis conjugiis & liberis.

Ὁπως Ἀντίπατρος ἐμισήθη πᾶσι μᾶλλον. καὶ ὡς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνῃρημένων καθηγύησε τοῖς ἑαυτοῦ συγγενέσιν ὁ βασιλεὺς, ἄλλους δὲ γάμους ἐπραγματεύσατο Ἀντίπατρος. περὶ Ἡρῴδου γάμων καὶ παίδων.

Antipater in odium omnium incurrit. Antt. Ant. l. 17. c. 1. §. 1.

IN Antipatrum vero, cum jam successionis jus non controversum haberet, exortum est gentis odium intolerabile; utpote quod norint omnes istum omnium in fratres suos calumniarum auctorem exstitisse. Quin & timor *eum* subibat non mediocris, cum videret interfectorum sobolem indies adolescere. Erant enim Alexandro quidem ex Glaphyra filii duo, Tigranes & Alexander: Aristobulo vero ex Bernice Salomes filia, Herodes & Agrippa & Aristobulus filii, filiæque Herodias & Mariamne. Et Glaphyram quidem cum dote sua in Cappadociam dimisit Herodes, postquam Alexandrum interfecerat: Bernicen autem Aristobuli conjugem avo materno Antipatri in matrimonio junxit. ut enim Salomen, quam infensam habebat, sibi reconciliaret Antipater, nuptias istas excogitavit. Insuper *ille* Pheroram muneribus aliisque obsequiis atque amicos præterea Cæsaris ambiebat, magnam pecuniæ vim Romam mittendo. Porro Saturninum & qui cum eo erant in Syria omnes donis explevit *& satiavit*. Eo autem magis invisus erat, quo plura donabat; ut qui *opes tantas* non ex munificentia largiretur, sed ex metu prodigeret. adeoque eveniebat ut accipientes quidem nihilo magis benevoli fierent, acerbiores vero inimici quibus nihil dederat. In munerum autem distributione quotidie largior erat & profusior, cum, præter spem quam ipse conceperat, videret regem pueros curare parentibus orbatos, & ex prolis eorum miseratione palam præ se ferre quod cædis peremptorum eum pœnituerit.

Ἀντιπάτρῳ δὲ, ἀδήριτον ἔχοντι τὴν διαδοχὴν, [q] μῖσος ἀφόρητον ἐκ τοῦ ἔθνους ἐπεγείρεται, πάντων ὑποψαμένων, ὅτι τὰς διαβολὰς τοῖς ἀδελφοῖς [r] πάσας ὑποσυντάξειεν αὐτός. [s] ὑποικύρει δὲ καὶ δέος μὴ μέτριον, αὐξανομένοις ὁρῶντι τοὺς τῶν ἀνῃρημένων γενεάν. [t] ἦσαν γὰρ Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐκ Γλαφύρας υἱεῖς δύο, Τιγράνης καὶ Ἀλέξανδρος. [v] Ἀριστοβούλῳ δὲ ἐκ Βερνίκης [x] τῆς Σαλώμης [y] θυγατρὸς, Ἡρῴδης μὲν καὶ Ἀγρίππας καὶ Ἀριστόβουλος υἱοὶ, θυγατέρες δὲ Ἡρῳδιὰς καὶ [z] Μαριάμμη. τὴν μὲν οὖν Γλαφύραν Ἡρῴδης μὲν τῆς πρωικὸς ἀπέπεμψεν εἰς Καππαδοκίαν, ὡς ἀνεῖλεν Ἀλέξανδρον. τὴν Ἀριστοβούλου δὲ Βερνίκην συνῴκισε [a] θείῳ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρῳ. τὴν γὰρ Σαλώμην ὄσαν διάφορον [b] ἐξοικειούμενος ὁ Ἀντίπατρος, τοῦτον ἐπραγματεύσατο τὸν γάμον. [c] πειθεῖ δὲ καὶ Φερώραν δώροις τε καὶ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις, καὶ τὸν Καίσαρος φίλους, οὐκ ὀλίγα πέμπων εἰς τὴν Ῥώμην χρήματα. [d] οἱ γε μὴν περὶ Σατορνῖνον ἐν Συρίᾳ πάντες ἐπλήσθησαν τῶν ἀπ' αὐτοῦ δωρεῶν. ἐμισεῖτο δὲ διδοὺς πλεῖον, ὡς ἂν οὐκ ἐκ τοῦ μεγαλοψύχου χαριζόμενος, ἀλλὰ ἀναλίσκων καὶ δέος. συνέβαινε [f] δὴ τοὺς μὲν λαμβάνοντας οὐδὲν μᾶλλον εὐνοῦς γίνεσθαι, χαλεπωτέρους δὲ ἐχθροὺς οἷς μὴ δίδωσι λαμπροτέρας καθ' ἡμέραν ἐποιεῖτο τὰς δόσεις, ὁρῶν τὴν βασιλέα, παρ' ἃς αὐτὸς ἐλπίδας εἶχεν, ἐπιμελούμενον τῶν ὀρφανῶν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις μελαγχολίαν [g] συνεμφαίνοντα, δι' ὧν ἠλέει τοὺς ἐξ ἐκείνων.

Herodes misericordia commotus Alexandri & Aristobuli liberorum. Antt. l. 17. c. 1. §. 2.

2. Cum enim Herodes, cognatis aliquando & amicis congregatis, & pueros in conspectum dedisset & lachrymis oppleset oculos, dicebat, „ Horum quidem patres mihi tristis fortuna eripuit, „ at istos orbitatis miseratio simulque natura ipsa „ mihi commendat. Jam vero operam do, ut, si „ quidem pater fuerim infelicissimus, avum tamen memet ostendam commodiorem, illisque „ post me relinquam curatores mihi amicissimos.

Sponsalia illis fieri curat. Ibid.

„ Despondeo igitur tuam quidem filiam, Pheroram, natu maximo fraternorum Alexandri puerorum, ut ei curator sis necessitudine conjunctus, „ tuo vero, Antipater, filio Aristobuli filiam, „ ut qui hoc modo fias pupillæ pater; ejusque

Β'. Συναγαγὼν γὰρ [h] ποτε Ἡρῴδης συγγενεῖς τε καὶ τοὺς φίλους, ὡραϊσμένους τε τὰ παιδία, [i] καὶ δακρύων ἐμπλήσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἶπεν, „ ἐμὲ [k] τοὺς „ πατέρας τούτων [l] σκυθρωποὺς ἀφείλετο δαίμων, ταῦ„ τα δέ μοι μὴ τὴν φύσεως συνίστησιν ἔλεος ὀρφανίας. „ πειρῶμαι δὲ, εἰ καὶ πάλιν ἐγενόμην ἀτυχέστατος, „ πάππος γοῦν φανῆναι [m] μειλιώτερος, καὶ μετ' ἐμὲ „ κηδεμόνας αὐτοῖς καταλιπεῖν τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους. „ ἐγγυῶ δὲ τὴν μὲν σὴν, Φερώρα, [n] θυγατέρα τῷ „ πρεσβυτέρῳ τῶν [o] ἀδελφῶν Ἀλεξάνδρου παίδων, ἵνα „ ἧς αὐτῷ κηδεμὼν ἀναγκαῖος, τῷ σῷ δὲ παιδὶ, „ Ἀντίπατρε, [p] τὴν Ἀριστοβούλου θυγατέρα. γένοιο γὰρ „ ἂν οὕτω πατὴρ τῆς ὀρφανῆς. καὶ [q] τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς

r 2

q Μῖσος] Μίσος *Gen.* SPANH.

r Πάσας] Πάσας *MSS.* & *Rufin. Ox.* at *Gen.* πλάσας. SPANH.

s Ὑποικυρεῖ] Ὑποικυρεῖ Philo Legat. ad Cajum p. 1037. E. SPANH.

t Ἦσαν γὰρ Ἀλεξάνδρῳ—Ἀλεξανδρος] De Alexandri filiis ἀρχ. lib. 18. c. 6. §. 4. SPANH.

v Ἀριστοβούλῳ ὃ ἐκ Βερνίκης] De Aristobuli liberis ἀρχ. lib. 18. c. 6. §. 4. SPANH.

x Τῆς Σαλώμης] Pro τ. Σαλωμ. θυγ. *MS. Lipsi.* τ. Σαλώμης. SPANH.

y Θυγατρὸς,] Abest a *Rost.*

z Μαριάμμη.] In Edit. *Gen.* hic Μαριάμη, ut & in versione semper, sed in Græco Μαριάμμη מרים REL.

a Θείῳ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρῳ.] Theudionem fratrem habebat Doris; *Antt.* l. 17. c. 4. §. 2. HUDS. Theudius frater Doridos Matris Antipatri ἀρχ. lib. 17. c. 4. §. 2. Huic Beronice Aristobuli Herodis filii uxor, eo mortuo desponsa dicitur & infr. c. 30. §. 5. SPANH.

b Ἐξοικειούμενος] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 8. §. 9. SPANH.

c Πειθεῖ δὲ] Forsan πειθεῖτο legendum.

d Οἱ γε] Sic lego. antea erat οἱ γὰρ τὴν περὶ Σ.

e Μὴν] *Gen.* Τὴν at μὴν *Big. Voss. Ox.* SPANH.

f Δὴ] *Lugd. Bat.* Δὲ.

g Συνεμφαίνοντα,] Εμφαίνοντα in *MS.* HUDS. Εμφαίνοντα *MS. Lipsi.* SPANH.

h Ποτε] *Lugd. Bat.* Πότε.

i Καὶ] Abest a *Rost.*

k Τοὺς] *Rost. Mon.*

l Σκυθρωποὺς ἀφείλετο] *Rost.* Ανείλετο priori voce omissa.

m Μειλιώτερος,] Benignior. *Oxon.* SPANH.

n Θυγατέρα τῷ πρεσβυτέρῳ] De Herodiade Aristobuli filia & hujus Herodis, filii Herodis è Mariamne filia summi Pontificis, uxore ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 2. & lib. 18. c. 6. §. 1. Eadem Herodias Agrippæ Magni Soror Zonaras p. 270. C. SPANH.

o Ἀδελφῶν] Vocem ἀδελφῶν non agnoscit *Ruf.*

p Τὴν Ἀριστοβούλου θυγατέρα.] Berenice Aristobuli filia, nupta Antipatri filio ἀρχ. lib. 18. c. 6. §. 4.

q Τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς] Vid. mox supr. SPANH.

r 2

„ [r] ὁ ἐμὸς Ηρώδης λήψεται, πρὸς μητρὸς ὢν [s] ἀρ-
„ χιερέως πάππου. ὁ ἀγαπῶν [t] μὲν δὴ ἐμὲ, ταύ-
„ την ἐχέτω τὴν γνώμην, ἣν ἀμεταπόητος μηδεὶς ἐμὲ
„ φιλῶν. ἐπεύχομαι δὲ καὶ τῷ Θεῷ συναρμόσασθαι
„ τὸν γάμον ὅπως [v] συμφέροντι τῆς ἐμῆς βασιλείας καὶ
„ τοῖς ἐμοῖς ἐγγόνοις. τότε παιδία ταυτὶ γαληνοτέ-
„ ροις ὀπίσω ὄμμασιν, ἢ τοὺς πατέρας αὐτῶν.

γ'. [x] Ἔτι ταῦτα εἰπὼν, ἐδάκρυσέ τε, καὶ τῶν παί-
δων συνήρμοσε τὰς δεξιάς. ἔπειτα, καλασπασάμε-
νος ἕκαστον φιλοφρόνως, διέλυσε [y] τὸ σύλλογον. [z] ἐπα-
χνώθη δ' εὐθὺς Ἀντίπατρος, καὶ δῆλος ἦν [a] ἅπασιν
ὀδυνώμενος. ὑπελάμβανε γὰρ εἶναι, καὶ ὡς τῷ πα-
τρὶ, τὴν τῶν ὀρφανῶν τιμὴν ἑαυτῷ καλάλυσιν. αὐθίς τε
κινδυνεύειν ὡς τὰ ὅλων, εἰ πρὸς Αρχελάῳ καὶ Φερώ-
ραν ὄντα τετράρχην βοηθὸν ἔχοιεν οἱ Αλεξάνδρου παῖ-
δες. συνελογίζετο δὲ τὸ [b] ἑαυτῷ μῖσος, καὶ τὴν τῶν
ὀρφανῶν ἔλεον ὅτι ἔθνους; ὅση τε σπουδὴ ζώντων, καὶ
ὅση μνήμη τῶν δι' Ιουδαίους τῶν δι' αὐτὸν ἀπολωλό-
των ἦν ἀδελφῶν. ἔγνω δὴ πάντα τρόπον σκήπτειν τὰς [c] ἐγγύας.

δ'. Καὶ τὸ μὲν [d] ὑπεῖναι πανούργως, ἔδεισε τὸν πα-
τέρα χαλεπὸν ὄντα, καὶ πρὸς τὰς ὑποψίας κινούμενον
εὐθέως. ἐτόλμησε δὲ προσελθὼν ἱκετεύειν ἄντικρυς μὴ
στερίσκειν αὐτὸν ἧς ἠξίωσε τιμῆς, μηδὲ αὐτῷ μὲν ὄνο-
μα βασιλείας, δύναμιν δὲ [e] ὑπάρχειν ἄλλοις. εἰ γὰρ
κεδήσειν τῶν πραγμάτων, εἰ πρὸς Αρχελάῳ [f] πάπ-
πῳ καὶ Φερώραν κήδεσθαι ὁ Αλεξάνδρου παῖς προσλά-
βοι. κατιλλιβόλει δὲ πολλῆς ὕσης γενεᾶς χρὴ τὸ βα-
σίλειον, [g] μεταθεῖναι τοὺς γάμους. [h] ἦσαν γὰρ δὴ τῷ
βασιλεῖ γυναῖκες μοὶ [i] ὀνέα, τέκνα δὲ ἐκ τῶν ἑπτά. αὐτὸς μὲν Αντίπατρος ἐκ Δωρίδος, Ηρώδης δὲ
ἐκ [k] Μαριάμμης τῆς ἀρχιερέως θυγατρὸς, Αντί-
πας δὲ καὶ [l] Αρχέλαος ἐκ [m] Μαλθάκης τῆς Σαμα-
ρειτιδος, καὶ θυγάτης Ολυμπιὰς [n] ἣν ὁ ἀδελφιδὴς
αὐτῷ Ιώσηπος εἶχεν, ἐκ δὲ τῆς Ιεροσολυμίτιδος
Κλεοπάτρας Ηρώδης καὶ [o] Φίλιππος, ἐκ δὲ Παλ-
λάδος Φασάηλος. ἐγένοντο δὲ αὐτῷ [p] καὶ ἄλλαι
θυγατέρες, Ροξάνη τε καὶ Σαλώμη, ἡ μὲν ἐκ Φαί-
δρας, ἡ δὲ ἐξ Ελπίδος. δύο δὲ εἶχεν ἀτέκνους,
[q] ἀνεψιάν τε καὶ ἀδελφιδῆν. [r] χωρὶς δὲ τούτων δύο
ἀδελφὰς Αλεξάνδρου καὶ Αριστοβούλου τὰς ἐκ Μαριάμ-

„ sororem meus Herodes accipiet, * ex matre
„ pontificem pro avo habens. Et me quidem
„ quotusquisque amat meam eat in sententiam,
„ quam nemo me diligens irritam reddet. Insuper
„ & Deum precor, ut una mecum has faciat pro-
„ speretque nuptias, in regni mei meorumque
„ nepotum emolumentum; atque hos pueros vultu
„ sereniori, quam patres ipsorum, aspiciat.

3. Dum ista diceret, lacrymavit, & puerorum dextras conjunxit: deinde, singulos benigne admodum complexus, concilium dimisit. Statim autem diriguit Antipater, omnibusque manifestum erat quod ei *valde* dolebat. † pupillorum namque honore sibi aliquid etiam apud patrem derogatum esse existimabat: iterumque de summa rerum in periculo fore, si Alexandri filii præter Archelaum etiam Pheroram tetrarcham *sibi* adjutorem haberent. Ad hæc secum reputabat, ut gens *universa* illius odio & pupillorum misericordia erat commota, quantoque studio in eos ferebantur omnes, quamque penitus Judæorum memoriæ insederint fratres propter ipsum exitio dati. Itaque modis omnibus statuebat sponsalia dirimere. *Inde Antipatri in eos odium. Antt.*

4. Et quidem ut callide in patris gratiam se insinuaret veritus est, ut qui difficilis esset, & statim leviſſima suspicione moveretur. Illum vero adire ausus coram *ei* supplicavit, ne se honore privaret quo ipsum dignatus est; neque se quidem nudum regni nomen habere, penes alios vero potestatem esse sineret. haud enim posse rerum potiri, si Alexandri filius præter avum Archelaum etiam Pheroram socerum accipiat. Enixe itaque orabat ut nuptias mutatum iret, præsertim cum tam numerosa esset in regia progenies. nam & regi uxores quidem novem erant, * liberi vero ex septem illarum *susceptí*; Antipater quidem ipse ex Doride, Herodes vero ex Mariamne pontificis filia, itemque Antipas & Archelaus ex Malthace Samaritide, filiaque Olympias quam fratris ejus filius Josephus *in matrimonio* habebat, Herodes vero & Philippus ex Cleopatra Hierosolymitide, necnon Phasaëlus ex Pallade. Ei etiam nati erant & alii sequioris sexûs liberi, Roxane & Salome, una quidem ex Phædra, altera vero ex Elpide. Duas autem uxores habebat, quæ steriles erant, consobrinam & fratris filiam; & præterea *filias* duas Alexandri & Aristobuli sorores ex Mariamne. Cum igitur multiplex adeo soboles super- *Modis omnibus agit Antipater ut sponsalia mutarentur.* *Herodis uxores & liberi.* *Ante. l. 17. c. 1. §. 3.*

[r] Ὁ ἐμὸς Ηρώδης λήψεται,] Qui in Evangeliis agnomine suo *Philippus* appellatur. Nam cum Herodi magno præter tres nepotes totidem essent filii qui *Herodes* vocabantur, minime dubitandum est agnominibus fuisse distinctos. Falluntur qui *Philippum Tetrarcham* faciunt *Herodiadis* maritum. Ille enim *Herodiadis* filiam *Salomen* duxit & sine liberis decessit; *Antt.* l. 18. p. 807. ALDR.

[s] Ἀρχιερέως πάππου.] In *MS. Lugd. Bat.* legitur υἱὸς ἀρχιερέως πάππου, & ita quoque in *Rost.* verum adscriptum in ora *Lugd. Bat.* legitur *vionos*, sicut erat hic Herodes, & in Josepho scribendum videtur. HAV.

[t] Μὲν] Abest a *Rost.*

[v] Συμφέροντι] *Lugd. Bat.* Συμφέροντι.

[x] Ἔτι ταῦτα] *Lugd. Bat.* Ἔστι δὲ ταῦτα.

[y] Τὸ σύλλογον.] *Rost.* Τὸ σύνταγμα.

[z] Ἐπαχνώθη] Παχνώθη κραδίη Apoll. Rh. l. IV. v. 1279. πάθεσι παχνωθέν Æschyl. Ch. v. 81. & παχνώθη θυμὸς Agamem. v. 246. SPANH. *Rost.* ἰλυσθὴ minus efficaciter. HAV.

[a] Ἅπασιν] *Rost.* Ἐν ἅπασιν respectu videlicet singulorum verborum, quæ protulerat Herodes, tanquam singulis cum indignatione haud tacita ingemuisset. HAV.

[b] Καθ'] Abest a *Rost.*

[c] Ἐγγύας.] *Rost.* Ἐπαγγελίας.

[d] Ὑπεῖναι] *Lugd. Bat.* Ὑπίσω.

[e] Ὑπάρχειν] Παρέχειν, forsan pro παρέχειν, in *Cod. Bod.* & *Rost.* HUDS. Παρέχειν vel παρέχειν *Bod.* SPANH.

[f] Πάππῳ] Abest a *Rost.*

[g] Μεταθεῖναι] Ita cum *Aldrichio* ex *Big. Rost. Lugd. Bat.* & *Bod.* μεταθεῖναι *Bas. Gen. Alii*sque.

[h] Ησαν—μοὶ] Conf. sup. c. 24. §. 2. SPANH.

[i] Ὀνέα,] Ex *Antt.* l. 17. c. 2. §. 3. subaudi καλὰ τοῦτον τὸν χρόνον, defuncta scilicet Mariamne Asamonæa: quæ si cæteris adnumeretur, decem erant Herodis uxores ALDR.

[k] Μαριάμμης—θυγατρὸς,] Conf. inf. c. 30. §. 7. SPANH.

[l] Αρχέλαος] Conf. infr. c. 31. §. 7. SPANH.

[m] Μαλθάκης τῆς Σαμαρειτιδος,] Μαλθάκη aut Μαλθακὴ ut hic loci, scribitur hoc nomen in Græcis omnibus tam *Editis* quam *MSS.* Verum in *Antt.* l. 17. c. 12. §. 1. Μαρθάκη in *Impressis.* ut & ubique *Marthace* in aliquibus codicibus *Rufini.* HUDS. Conf. sup. c. 24. §. 2. SPANH.

[n] Ἣν ὁ ἀδελφιδὴς] *Antt.* l. 18. c. 6. §. 4. ἀδελφὸς, & hic loci in *Busb. Rhed. Big. Bod. Rost.* & *Ruf.* sed ἀδελφιδοῦς est *Antt.* l. 17. c. 2. §. 3. ubi, nequa superfit dubitatio, quod hic legitur ἴσχυ id per ὕστερον γαμοῦ exponitur: ut intelligi nequeat Herodis frater germanus quem supra interfectum legimus, ante annos ut minimum triginta; quando ne nata quidem esset Olympias. Vel peccant igitur qui ἀδελφὸν legunt, vel cum *Hebræis* loquuntur, quos notum est omnes consanguineos *fratrum* nomine appellare. Observari velim, quatuor esse *Josephos*, quos scriptores, præsertim neoterici, vel omnes vel eorum aliquos sæpe confundunt. Primus est Herodis patruus, Salomes etiam maritus, ab Herode propter Mariamnen occisus; *Antt.* l. 15. 3. Alter, Herodis quæstor eadem etiam de causa interfectus. Tertius, Herodis frater qui in prælio contra Antigonum occubuit; *Antt.* 14. 15. *Belli* I. 22. Quartus, Herodis ἀδελφιδοῦς, Olympiadis maritus, de quo hic sermo est. ALDR. E fratre nepos in Not. *Oxon.* SPANH.

[o] Φίλιππος,] Conf. infr. c. 31 §. 1.

[p] Καὶ ἄλλαι θυγατέρες,] Conf. inf. c. 39. §. 1. SPANH.

[q] Ἀνεψιάν τε καὶ ἀδελφιδῆν.] Idem ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3. SPANH.

[r] Χωρὶς—Μαριάμμης.] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 22. §. 2. SPANH.

* *Al.* ex pontifice avo materno prognatus, *sc.* ex Mariamne Hyrcani susceptus.

† *Vel*, pupillorum namque honorem apud patrem quoque sibi derogationem existimabat.

* Liberi. SPANH.

[s] Ma-

supereſſet, obſecrabat Antipater ut alio modo fierent nuptiæ.

Herodes, victus Antipatri blanditiis, nuptiarum pactionem mutat. Antt. l. 17. c. 1. §. 2.

5. Rex autem, ubi perſpexit ejus erga pupillos ingenii indolem, vehementer indignatus eſt; ipſumque ſubiit cogitatio de *filiis* occiſis, ne forte id etiam omni ſtudio contenderit Antipater ut illi calumniis obruerentur. Et tunc quidem, cum multa *de iſtis* iracunde reſpondiſſet, Antipatro repulſam dedit. Poſtea vero, blanditiis illius mollitus victuſque, nuptiarum pactionem mutavit: ac ipſi quidem *Antipatro* Ariſtobuli filiam collocavit, ejus vero filium Pheroræ filiæ.

Antipater potens adulator.

6. Alicui autem *hinc* licet animadvertere, quantum in hoc Antipater valuit adulando, quod idem in ſimili cauſa impetrare non potuit Salome. Hanc enim, quamvis ſoror eſſet, & multis precibus, intercedente Julia uxore Cæſaris, contenderet, ut Syllæo Arabi nupta daretur, pro inimiciſſima habiturum eſſe juravit, niſi ab hoc ſtudio deſiſteret: tandemque invitam Alexæ cuidam ex amicis ſuis matrimonio junxit, ejuſque filiarum unam Alexæ filio, alteram materno Antipatri avunculo *tradidit*. Filiarum autem ex Mariamne una quidem nupta erat Antipatro ſororis filio, altera vero fratris *filio* Phaſaëlo.

Novæ nuptiæ Alexandri & Ariſtobuli liberis ab Antipatro excogitatæ.

μης. ὅσης δὲ πολυπροσώπου ἡ γενεᾶς, ὁ Ἀντίπατρος ἐδεῖτο [s] μεταλεῖσθαι τὰς γάμους.

ε'. Χαλεπῶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἠγανάκτησε, καλαμαθὼν αὐτῷ τὸ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς ἦθος, ἔννοιά τε αὐτῷ παρέστη περὶ τῶν ἀνηρημένων, μή πως κἀκείνοι γένοιντο τῷ Ἀντιπάτρῳ ἀφορμὴ [t] ἀγώνισμα. τότε μὲν οὖν πολλὰ πρὸς ὀργὴν ἀπεκρινάμενος, ἀπελαύνει τὸν Ἀντίπατρον· αὖθις δ' ὑπαχθεὶς αὐτῷ ταῖς κολακείαις, μεθηρμόσατο καὶ αὐτῷ μὲν τὴν Ἀριστοβούλου συνῴκισε θυγατέρα, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ τῇ Φερώρα θυγατρί.

ς'. Καλαμάθοι δ' ἄν τις ὅσον ἴσον ἴσχυσεν ὁ τούτῳ κολακεύων Ἀντίπατρος, ἐκ τῆς Σαλώμης ὁ ὁμοίοις ὗσαν ἀπολυχεῖν. ταύτῃ γὰρ δὴ καί περ οὖσαν ἀδελφὴν, καὶ πολλὰ λιτὰς [v] Ἰουλίας τῆς Καίσαρος γυναικὸς ἐκδεύσασαν γαμηθῆναι τῷ Ἄραβι Συλλαίῳ, διωμόσατο μὲν ἐχθροτάτῳ [x] ἕξειν, εἰ μὴ παύσαιτο τῆς σπουδῆς. τὸ δὲ τελευταῖον ἄκουσαν Ἀλεξᾶ τινι τῶν φίλων συνῴκισεν, καὶ τὴν θυγατέρων αὐτῆς, τὴν μὲν [y] τῷ Ἀλεξᾷ παιδί, τὴν δὲ ἑτέραν τῷ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρου θείῳ. [z] τὴν δὲ ἐκ Μαριάμμης θυγατέρων ἡ μὲν ἀδελφῆς υἱὸν Ἀντίπατρον εἶχεν, ἡ δὲ ἀδελφοῦ [a] Φασάηλον.

CAP. XXIX.

ΚΕΦ. κθ'.

Antipater intolerabilis. Cum Herodis teſtamento Romam mittitur. Pheroras ne uxorem deſerat, fratrem relinquit. Domi moritur.

Ἀντίπατρος ἀφόρητος. εἰς Ῥώμην πέμπεται, καὶ Ἡρῴδου διαθήκην κομίζων. Φερώρας, ὅπως μὴ ἀπαλλάσσοιτο τὴν γυναῖκα, ἀδελφὸν ἀπολείπει. οἶκοι τελευτᾷ.

Amicitia inter Antipatrum & Pheroram. Antt. l. 17. c. 1. §. 6.

CUM autem pupillis ſpem omnem præcidiſſet Antipater, & affinitates prout maxime in rem facerent ſuam junxiſſet, quaſi firma ſtabilique ſpe nitebatur; adjectaque maliciæ fiducia intolerabilis evadebat. Nam cum ſingulorum odium excutere non potuiſſet, ſecuritatem ſibi ex terrore quærebat. Quin & Pheroras ipſi, tanquam regi certo futuro, operam ſuam commodat. Porroque conflatum eſt in aula mulierum ſodalitium, quod novas excitavit turbas. Etenim Pheroræ uxor, cum matre ac ſorore *ſua*, necnon & matre Antipatri, multa quidem in regia inſolenter agebat: duas vero regis filias contumelioſe tractare auſa eſt * quare illam *Herodes* præcipue averſatus eſt. cæterum odio habitæ ab illo, † aliis dominabantur. Sola vero Salome earum concordiæ adverſabatur, congreſſuſque *illarum frequentes* apud regem accuſabat, ut qui rebus illius in damnum cederent. Illæ autem, ubi intellexerant *ejus* delationem, quamque ægre rem tuliſſet Herodes, ceſſarunt quidem palam convenire, & in familiaritate verſari; contrarium ve-

Feminarum ſodalitium Antt. l. 17. c. 1. §. 6.

Salome Herodi mulierum aliorumque conſilia aperit. Antt. l. 1. c. 2. §. 6.

Διαχόψας δὲ τὰς τῶν ὀρφανῶν [b] ἐλπίδας ὁ Ἀντίπατρος, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ τὰς ὑπιγαμίας ποιησάμενος, [c] ὡς ὅτι βεβαίοις μὲν [d] ὥρμει ταῖς ἐλπίσι. προσλαβὼν δὲ τῇ κακίᾳ τὸ πεποιθὸς, ἀφόρητος ἦν. τὸ γὰρ ἑκάστου [e] μῖσος ἀποσκευάσασθαι μὴ δυνάμενος, ἐκ τοῦ φοβεροὺς εἶναι τὴν ἀσφάλειαν ἐπορίζετο. συνήργει δὲ καὶ Φερώρας ὡς ἂν ἤδη βασιλεῖ βεβαίῳ. γίνεται δὲ καὶ γυναικῶν σύλλογμα κατὰ τὴν αὐλὴν, ὃ νεωτέρους ἐκίνησε θορύβους. ἡ γὰρ Φερώρα γυνὴ, μὴ τὴν μητρὸς καὶ τὴν ἀδελφῆς προσλαβοῦσα τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα, πολλὰ μὲν ἠσέλγαινε κατὰ τὸ βασίλειον. ἐτόλμησε δὲ καὶ τῆς βασιλέως [f] θυγατρὸς [g] δύο θυγατέρας. διὸ μάλιστα αὐτὴν ἐκεῖνος προσέβαλλετο. μισούμεναι γεμὴν ὑπ' αὐτοῦ, τῶν ἄλλων ἐπεκράτουν. μόνη δὲ τὴν ὁμοιότητα αὐτῆς Ἀντίπατρος ἦν Σαλώμη, καὶ βασιλεῖ διέβαλλε τὴν σύνοδον, ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων εἴη. γνοῦσαι δὲ ἐκείναι τὴν ἀσθένειαν, καὶ ὡς ἀγανακτήσειεν Ἡρῴδης, τὴν μὲν φανερὰς συνόδους, καὶ [h] τῶν φιλοφρονήσεων ἐπαύσαντο, τὸ παλαιὸν

---

s Μεταλεῖσθαι] Ita *Aldrichius* è *Cod. Big.* & *Voſſ.* μεταθεῖναι *Baſ.* & *Gen.*

t Ἀγώνισμα.] Eadem voce utitur, de *Bello* l. 1. c. 11. §. 4. c. 15. §. 3. & c. 17. §. 5. quibus in locis etiam *præmium* redditur ab *Interpp. Vett.* Hac de voce velim conſulas *Caſaubonum* in *Commentario* ad *Polybium*, p. 47.

v Ἰουλίας] Ita *Liviam* ſemper appellat *Joſephus*. atque ita cum alibi *Philo*, tum περὶ πρεσβείας pag. 729. pariter & *vetus inſcriptio*, & inſignis quidam *nummus Auguſti*, quorum utrumque exhibet *Patinus* in *Suetonium* in *Aug.* c. 63. Huic primæ cognomen Auguſtæ cum prænomine Juliæ conceſſum eſt; poſtea frequens evaſit. ALDR. In marg. *Lugd. Bat.* Λιυίας. confer Tabulas Nummorum Antiq. in fine operis.

x Ἕξειν,] *Roſt.* Ἔχειν.

y Τῷ Ἀλεξᾷ] Ἀλεξάνδρῳ *Ruſin.* Conf. infr. cap. 33. §. 6. SPANH. Alexandrum dictum fuiſſe voluit *Roſt.* in quo per compendium ſcribendi exſtat Ἀλεξ̃. HAV.

z Τὴν—ἀδελφοῦ] Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3. & αλωσ. l. 1. c. 22. §. 2. SPANH.

a Φασάηλον.] *Roſt.* Φασαήλῳ.

b Ἐλπίδας] Τὰς ἐλπίδας *Baſ.* & *Gen.* Verum voculam τὰς ejecimus auctoritate *Codd. MSS.*

c Ὡς ἐπὶ βεβαίοις] Vocabulum ὡς non agnoſcunt *MSS.* nec illud in eo quo uſus eſt codice habuiſſe videtur *Ruſinus*. HUDS. Ἐπὶ βεβ. *MS. Lipſ.* SPANH.

d Ὥρμει ταῖς ἐλπίσι.] Ὥρμηλο *Bod.* & *Roſt.*

e Μῖσος] Μῖσος *MS. Ox.* μίσους *Gen.* SPANH.

f Θυγατρὸς] Salomen & Roxanen, de quibus ſupra c. 28. §. 4. & infr. §. 2. & ἀρχ. lib. 17. c. 1. §. 3. SPANH.

g Δύο θυγατέρας.] Virgines, Salomen puta & Roxanen, Elpide & Phædra natas, qua re fiebat ut illam odio haberet Herodes, *Antt.* l. 17. c. 2. §. 6. dicitur quod Pheroras conjugi ſuæ obſequitur, *quamvis odiſſet eam propter injurias filiabus ſuis virginibus illatas*. Faciunt quidem ancillæ hujus mores, ut utrumque veriſimile videatur: an utrumque ſcripſerit *Joſephus*, ex ſequentibus lector judicet. ALDR.

h Τῶν φιλοφρονήσεων] *Roſt.* Τῆς φιλοφρονήσεως.

* Cui rei maxime ab Antipatro erat objecta. Itaque cum illi inviſæ fuiſſent, alias quidem morigeras habebant, *Ruf.* Quare illam præcipuè averſatus eſt. *Oxon.* SPANH.

† Aliis dominabantur *Oxon.* SPANH.

ναντίον δὲ ὑπεκρίνοντο [i] καὶ ἀμφίβολος πρὸς ἀλλήλας ἀκούοντος βασιλέως, αἷς συνυπεκρίνετο καὶ Ἀντίπατρος, ἐν τῷ φανερῷ προσκρούων Φερώρᾳ συνουσίαι δὲ ἦσαν [k] αὐτοῖς λάθρα, καὶ κῶμοι νυκτερινοί, τήν τε ὁμόνοιαν ἡ [l] παρατήρησις ἐπέτεινεν. ἠγγέλλετο δὲ ὑπὸ Σαλώμης τὰ πραττόμενα, καὶ [m] πάνθ' Ἡρῴδῃ διήγγελλεν.

β. Ἐξεκαίετο δ' [n] ἐκεῖνος εἰς ὀργήν, [o] καὶ μάλιστα δ' ὅτι τὴν Φερώρα γυναῖκα, ταύτῃ γὰρ πλέον ἡ Σαλώμη διέβαλλεν. ἀθροίσας γοῦν συνέδριον τῶν τε φίλων καὶ συγγενῶν, ἄλλά τε πολλὰ τῆς ἀνθρώπου κατηγόρει, καὶ [p] τὰ εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας ὕβριν. ὅτε τε Φαρισαίοις μὲν χορηγήσειε μισθὸς κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ κατασκευάσειε πολέμιον, [q] συνδυσωπῶν φαρμάκοις. τελευταῖον δὲ, εἰς Φερώραν ἀπέστρεψε τὸν λόγον, δυοῖν θάτερον ἐλέσθαι λέγων, ἢ αὐτὸν ἀδελφὸν, ἢ τὴν γυναῖκα. τῷ δὲ, θάτερον ἀπολείπειν τὸ ζῆν ἢ τὴν γυναῖκα, φήσαντος, οὐκ ἔχων ὅ, τι [r] χρὴ δρᾶν, μεθέπεμψεν ἐπ' Ἀντίπατρον, ᾧ [s] παρήγγειλε, μήτε τῇ Φερώρα γυναικὶ, [t] μήτε αὐτῷ, μήτε ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐκείνης ἀπολέγεσθαι. ὁ δὲ φανερῶς μὲν οὐ μεθέξειν τὸ πρόσταγμα, λάθρα δὲ διενυκτέρευε σὺν ἐκείνοις. καὶ δεδοικὼς [v] ἐπιβουλὴν τὴν Σαλώμῃ, πραγματεύεται, ἀπὸ τῶν ὑπὸ τὴν Ἰταλίας φίλων, τὴν εἰς Ῥώμην ἀποδημίαν αὐτῷ. γραφόντων γὰρ [x] ἐκείνων, δεῖν Ἀντίπατρον πεμφθῆναι [y] ἀπὸ χρόνου πρὸς Καίσαρα, ὁ δὲ εἴ τι μελλήσας ἐξέπεμψε, θεραπείαν τε λαμπρὰν καὶ πλεῖστα δὴ χρήματα, τήν τε ἀποθήκην κομίζειν. ἐν ᾗ βασιλεὺς μὲν Ἀντίπατρος ἐγέγραπτο, [z] Ἀντιπάτρου δὲ Ἡρῴδης ἀπόδοχος, ὁ ἐκ Μαριάμμης τοῦ ἀρχιερέως θυγατρὸς [a] γεγονώς.

γ. Ἔπλευσε δὲ καὶ Συλλαῖος ὁ Ἄραψ ὑπὸ Ῥώμης, [b] ἠμελημένως μὲν τῶν Καίσαρος [c] προσταγμάτων, ἀγωνιούμενος δὲ πρὸς Ἀντίπατρον, περὶ ὧν ἐδεδίκαστο Νικολάῳ τάχιον. ὑπ' [d] ὀλίγου δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἀρέταν ἦν ἀγὼν τοῦ αὐτοῦ βασιλέα. τοῦτο γὰρ ἄλλους τε φίλους ἀπῆκτο, [e] καὶ Σόαιμον, τὸν ἐν Πέτρᾳ τοῦ δυνατώτατον. πείσας δὲ πολλοῖς χρήμασι Φαβᾶτον τὸν Καίσαρος διοικητὴν, ἐχρῆτο [f] βοηθῷ καθ' Ἡρῴδου. πλείονα δὲ δοὺς Ἡρῴδης, ἀφίστησί τε ἀπὸ Συλλαίου Φαβᾶτον, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ κελευσθέντα ὑπὸ Καίσαρος εἰσέπραττεν. ὁ δὲ μηδὲν ἀποδοὺς, ἔτι καὶ κατηγόρει Φαβᾶτου πρὸς Καίσαρα, διοικητὴν εἶναι λέγων, ὃ τὸν ἐκείνου, [g] τὸν δὲ [h] Ἡρῴδου συμφερόντων. ἐφ' οἷς ὀργισθεὶς Φαβᾶτος, ἦν δὲ ἔτι παρ' Ἡρῴδῃ μάλιστα τιμώμενος, γίνεται προδότης Συλλαίου τῶν ἀπορρήτων. [i] τῷ τε βασιλεῖ φησὶ, ὅτι Συλλαῖος ἀφαιρεῖται αὐτοῦ τὸν σωματοφύλακα Κόρινθον χρήμασιν, οὓς δεῖ φυλάττεσθαι. πείθεται δ' ὁ βασιλεύς. καὶ γὰρ ἐτέθραπτο μὲν ὁ Κόρινθος ἐν τῇ βασιλείᾳ, γένος δ'

ro simulabant, atque discordare ab invicem audiente rege: cum quibus eadem etiam præ se ferebat Antipater, in conspectu omnium Pheroram lacessens. Congressus vero occultos habebant, & nocturnas comessationes agebant, & ad earum concordiam firmandam conferebat *aliorum* observatio. Nihil autem eorum quæ agerent molirenturve ignorabat Salome, & Herodi cuncta nunciabat.

2. Ille vero iracundia exardebat, maximeque adversus Pheroræ conjugem. nam hanc magis *quam* ceteras accusabat Salome. Advocatis igitur amicis cognatisque in concilium, & alia multa mulieri objiciebat & injurias filiabus suis illatas; quodque Pharisæis præmia, ut ipsi adversarentur, dedisset; fratremque ipsi hostem fecisset, veneficiis suis irretitum. Tandem vero se ad Pheroram convertit, dicens, se ei alterum è duobus eligendi optionem dare, aut ut fratrem sibi haberet, aut uxorem *dimitteret*. Cumque ille, se vitam citius amissurum esse quam uxorem, dixisset, *Herodes*, incertus quid ageret, sermonem ad Antipatrum transfert, eique denunciavit, ut neque cum Pheroræ uxore, neque ipso *Pherora*, neque alio quopiam ad eam pertinente colloqueretur. Ille palam quidem nihil faciebat contra quam præceptum erat, clam vero cum illis pernoctabat: atque veritus ne ipsum observaret Salome, enititur efficitque, per amicos in Italia degentes, ut Romam proficisceretur. Etenim, cum illi scripsissent, mitti oportere Antipatrum aliquanto post tempore ad Cæsarem, ille nihil moratus eum misit, dato ipsi & splendido famulitio & plurima pecunia, & testamento *ad Cæsarem* portando; in quo scriptum erat ut Antipater quidem *post ipsum* regnaret, Antipatro vero in regnum succederet Herodes, ex Mariamne pontificis filia procreatus.

Herodes conjugi Pheroræ iratus. Antt. l. 17. c. 2. §. 6. &c. 3. §. 1.

Pheroras uxorem dimittere recusat. Antt. l. 17. c. 3. §. 1.

Herodes Antipatrum mittit ad Cæsarem. Ibid.

3. Quin & Syllæus Arabs *itidem* Romam navigavit, cum quidem nihil eorum curasset quæ Cæsar imperaverat; de iis vero adversus Antipatrum disceptaturus, ob quæ antea à Nicolao in judicium vocatus fuerat. Porroque causam non levem dicturus erat contra Aretam regem suum. Hujus enim & amicos alios interfecerat, & Soëmum, omnium apud Petram potentissimum. Cumque grandi pecunia *quod voluit* Fabato persuasisset Cæsaris procuratori, operam illius adhibuit contra Herodem: plus autem largitus Herodes & Fabatum à Syllæo alienat, ac per eum exigebat quicquid Cæsar imperaverat. At cum ille nihil *Syllæo* reddidisset, Fabatum apud Cæsarem accusabat, procuratorem esse dicens, qui majorem Herodis quam ipsius rationem habebat. Quibus commotus ad iracundiam, adhuc enim maximo in honore erat apud Herodem, Syllæi secreta enunciat; regique indicat, quod Syllæus Corinthum ejus satellitem pecunia corrupisset, * quem in custodiam dari oportet. neque rex id facere dubitavit: † nam Corinthus quidem in regia educatus

Syllæi Arabis nequitia. Antt. l. 17. c. 3. §. 2.

Fabatus index Syllæi. Ibid.

[i] Καὶ ἀμφίβολος] Illud καὶ deest *Busb. Rost.* & *Rhed.*

[k] Αὐτοῖς λάθρα,] Ita cum *Aldrichio* è *Codd. Bod.* & *Busb.* αὐτῷ in *ceteris*, tam *MSS.* quam *Editis.*

[l] Παρατήρησις] *Rost.* Παραίτησις.

[m] Πάνθ'] Τὰ πλεῖστα *Big.* πλεῖστα *Busb.* HUDS. Τὰ πλεῖστα *Big.* SPANH.

[n] Ἐκεῖνος] Abest a *Rost.*

[o] Καὶ μάλιστα] Καὶ μάλιστα ἐπὶ τὴν *Busb.* & *Rhed.*

[p] Τὰ εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας ὕβριν.] Proculdubio contumelias intelligit quarum mentio §. 1. *hujus capitis*; quasque illi Herodes non hoc solum loco objicit, sed & in *Antt.* l. 17. c. 3. §. 1. licet aliter senserit *Interpres.* Quare suspicio est, quod in ejusdem capitis initio de Pherora nunc legitur, id *Josephum* de Herode dixisse; nec μισῶν τὰς sed μισῶν Ἡρῴδου τὰς ab eo scriptum. ALDR. Conf. sup. §. 1. SPANH.

[q] Ἐνδυσαμένῃ] Ἐνδυσαμένη *Bod.* & *Voss.* HUDS. Ἐνδυσαμένῃ *Big. Voss. Ox.* SPANH.

[r] Χρὴ] Abest a *Rost.*

[s] ὯΙ παρήγγειλε,] Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 3. §. 2. datis etiam ea de causa Antipatro 100 Talentis mox inf. c. 30. §. 3. quod ab Herode Patre postea abrogatum ἀρχ. lib. 17. c. 4. §. 1. & 2. & cap. ejusd. lib. 1. §. 3. ut & mox, & inf. c. 30. §. 7. SPANH.

[t] Μήτε αὐτῷ,] Eaque lege centum illi talenta donavit. Vide infra & *Antt.* l. 17. c. 4. §. 1.

[v] Ἐπιβουλὴν τὴν] *Lugd. Bat.* Τὴν ἐπιβουλεύσας.

[x] Ἐκείνων,] *Rost.* Αὐτῶν.

[y] Διὰ χρόνου] In *Antt.* l. 17. c. 3. §. 2. ἐν τάχει.

[z] Ἀντιπάτρου—θυγατρὸς] Conf. mox supr. SPANH.

[a] Γεγονώς.] Abest a *Rost.*

[b] Ἠμελημένως μὲν] Μᾶλλον οὐ προστάξει Καίσαρ ἀμεπραγμόνως in *Antt.* l. 17. c. 3. §. 2.

[c] Προσταγμάτων,] Πραγμάτων *MSS. Lipsi.* Sed malè. SPANH. Ut & *Lugd. Bat.*

[d] Μικρὸς ἀπ' αὐτῷ] Ita *Aldrichius* è *Cod. Voss.* μικρὸς in *reliquis.* HUDS. Μικρὸς *Voss.* SPANH.

[e] Καὶ Σόαιμον,] Quin & Fabati cædem illi objicit Aretas, *Antt.* l. 17. c. 3. §. 2 *Rost.* Σόαιμον.

[f] Βοηθῷ] *Rost.* Βοηθόν.

[g] Τὸν δὲ] *Rost.* Ἀλλὰ τὸν.

[h] Ἡρῴδου συμφερόντων.] Ἡρῴδῃ *Busb.*

[i] Τῷ τε βασιλεῖ φησὶ,] Ita *Lugd. Bat. Al.* τότε.

* *Al.* de quo sibi maxime cavendum.

† Ita *Oxon.* SPANH.

tus fuerat, genere autem Arabs erat. Mox igitur illum comprehendit, ac præterea duos alios Arabas apud ipsum deprehensos, unum quidem Syllæi amicum, alterum vero tribûs præfectum. Qui quæstioni subditi, confessi sunt, se magna pecunia Corintho persuasisse, ut Herodem occideret. Et illi quidem, *iterum* de istis à Saturnino interrogati, Romam missi sunt.

XIX. *Pheroras in tetrarchiam suam se recipit. Antt.* l. 17. c. 3. §. 3.

4. At Herodes non *bona cum gratia* dimittit Pheroram, volens eum compellere ad uxorem repudiandam; neque quo modo mulierem plecteret inveniebat, licet in eam odii causas haberet, donec gravi dolore percitus fratrem etiam ipsum cum ea *è regia* ejicit. Pheroras autem, injuriâ æquo animo acceptâ, in suam quidem tetrarchiam discedit, juravitque unum sibi exsilii finem fore mortem Herodis, & nequaquam ad eum dum viveret reversurum esse: atque ad fratrem ægrotantem noluit se recipere, multis licet precibus accersitus. illi quippe in animo erat nonnulla ei in mandatis relinquere. Sed ille quidem præter spem revalescit. Non multo autem post in morbum incidit Pheroras, animoque mitiori esse Herodem comperit. Etenim ad eum venit, vicemque ejus dolens operam dabat ut curaretur: non tamen prævaluit affectus. nam paucos post dies moritur Pheroras. Quem licet ad extremum usque *vitæ* diem dilexisset Herodes, tamen quòd illum veneno peremisset fama vulgatum est. Cæterum cum mortuum Hierosolyma deportasset, & luctu maximo à tota gente prosequendum edixit, & splendidissima dignatus est sepultura. Adeoque unus quidem de interfectoribus Alexandri & Aristobuli hunc *vitæ* exitum sortitus est.

Pheroræ obitus. Antt. l. 17. c. 3. §. 3.

ἦν Ἀραψ. συλλαμβάνει δ' εὐθέως, οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο ἑτέρους Ἀραβας, εὑρὼν παρ' αὐτῷ, τὸν μὲν φίλον Συλλαίου, τὸν δὲ φύλαρχον. οἱ δὲ βασανιζόμενοι, πεῖσαι Κόρινθον ὁμολόγησαν ὅτι πολλοῖς χρήμασιν, Ηρώδην ἀνελεῖν. ὅτοι μὲν οὖν ἀνακριθέντες καὶ τῷδε Σατορνίνῳ τῷ διέποντι τὴν Συρίαν, ἀνεπέμφθησαν [k] εἰς Ῥώμην.

δ'. Ηρώδης δ' οὐκ [l] ἀνίει Φερώραν, βιαζόμενος ἀπαλλαγῆναι τῆς γυναικός. ὑφ' ἑπερνόει μηχανὴν, δι' ἧς ἂν τιμωρήσαιτο τὸν ἄνθρωπον, πολλὰς τῦ μίσους ἔχων αἰτίας, ἕως ὑφαλγήσας σὺν αὐτῇ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκβάλλει. Φερώρας δὲ, ἀγαπήσας τὴν ὕβριν, ἀπαλλάσσεται μὲν εἰς τὴν ἑαυτῦ τέτραρχίαν, ὀμόσας ἕξειν ἕνα τὸν φυγῆς ὅρον, τὸν Ηρώδε θάνατον, καὶ μηδέποτε πρὸς ζῶντα ὑποστρέψειν. ἐπανῆλθε δὲ οὐδὲ πρὸς νοσοῦντα τὸν ἀδελφὸν, καίτοι λιπαρῶς μεταπεμπόμενον. ἐβούλετο γὰρ αὐτῷ τινας σπουδὰς καταλείψειν, ὡς τεθνηξόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν παρ' ἐλπίδα [m] σώζεται. μετ' οὐ πολὺ δὲ νοσεῖ Φερώρας, εὑρίσκετο δὲ Ηρώδης μετριώτερος. καὶ γὰρ [n] ἦλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ συμπαθῶς ἐθεράπευεν· ὁ μὲν ἴσχυσε [o] τὸ πάθος· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἡμέρας ὀλίγας [p] ἐπιθυμήσας Φερώρας. ὃν καὶ σφόδρα ἀγαπήσας Ηρώδης μέχρι τελευταίας ἡμέρας· ὅμως καὶ αὐτὸν ἀνελεῖν ἐφημίσθη φαρμάκῳ. τὸν μὲν νεκρὸν εἰς Ιεροσόλυμα κομίσας, πένθος τε μέγιστον ὅλῳ [q] τῷ ἔθνει κατήγγειλε, καὶ κηδείας ἐξέπεμψε λαμπροτάτης. ἕνα μὲν δὴ τὸν Αλεξάνδρου καὶ Αριστοβούλου φονέων τοιοῦτον ἐπιέρχεται τέλος.

CAP. XXX.

ΚΕΦ. λ'.

Dum Herodes de Pheroræ morte quæstionem habet, comperit sibi venenum ab Antipatro paratum. Inter conscios Doridem & Mariamnem abjicit Herodes, hujusque filium Herodem exhæredat.

Ηρώδε ζήτησιν ποιοῦντος περὶ Φερώρα θανάτου, εὑρίσκεται Αντίπατρος αὐτῷ φάρμακον σκευάσας. μεθ' ἕτερον Δωρίδα ἐκβάλλει Ηρώδης καὶ Μαριάμμην, αὐτῆς τε υἱὸν Ηρώδην τὸν Αλεξάνδρου ἐξαλείφει.

Quæstio habita de Pheroræ morte. Antt. l. 17. c. 4. §. 1.

EXorsa autem à Pheroræ interitu in Antipatrum sceleris auctorem transiit pœna. Quidam enim ex hujus libertis, cum regem tristes adiissent, fratrem ipsius *Pheroram* veneno interfectum esse dicebant. nam & ipsi quidem uxorem comedendum attulisse edulium modo insolito paratum; isto vero comesso, illico in morbum incidisse *Pheroram*: matremque & sororem illius biduo ante mulierculam ex Arabia adduxisse, veneficiorum bene peritam, ut philtrum Pheroræ conficeret, ipsamque ei dedisse venenum mortiferum ex Syllæi consilio: illi quippe nota erat & familiaris.

Ancillulæ exclamatio in matrem Antipatri.

2. Perculsus igitur plurimis suspicionibus rex ancillas quæstioni subjiciebat, & nonnullas liberas. Quædam autem inter cruciatus exclamabat, Deus, cœli terræque rector, in matrem Antipatri, horum nobis malorum causam, vindicet. Rex, sumptò inde initio, persequebatur ulterius indaginem veritatis. Mulier vero & matris Antipatri familiaritatem cum Pherora ejusque mulieribus,

Μετέβαινε δ' ὅτε τὸν [r] αὐθέντην Αντίπατρον ἡ νοσοῦσα, τὸν Φερώρα θάνατον δεχθῆναι λαβοῦσα. τῦτο γάρ τινες ἀπελευθέρων, καλέσασαι τὸν βασιλεῖ προσελθόντες, τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ διεφθάρθαι φαρμάκοις ἔλεγον. προσενεγκεῖν μὲν γὰρ αὐτῷ [s] τι τὴν γυναῖκα τῶν εἰωθότων ἐσκευασμένων, φαγόντα δὲ [t] αὐτὸν εὐθέως εἰς τὴν νόσον καταπεσεῖν· ἀγωχέναι τε [v] πρὸ δυοῖν ἡμερῶν, τὴν μητέρα ταύτης, καὶ τὴν ἀδελφὴν, γύναιον ὄν τῆς Αραβίας, φαρμάκων ἔμπειρον, ὅπως φίλτρον σκευάσῃ τῷ Φερώρᾳ, δεδωκέναι δὲ ἀντὶ τύτου θανάσιμον, Συλλαίου πραγματευσαμένου· τύτῳ γὰρ ἦν γνώριμον.

β. Πληγεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς ὑποψίαις πλείοσι, θεραπαίνας τε καί τινας τῶν ἐλευθέρων ἐβασάνιζεν. ἐβόα δέ τις ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, [x] Θεὸς, ὁ γῆν καὶ οὐρανὸν διέπων, μετέλθοι τὴν τύτων ἡμῖν τῶν κακῶν αἰτίαν, τὸν Αντιπάτρου μητέρα. ταύτης δὲ ἐχομένης ὁ βασιλεὺς λαβόμενος, ἐπεζήτει πρόσω τὴν ἀλήθειαν ὑπιζητῶν. ἡ δὲ γυνὴ, τήν τε φιλίαν τὴν Αντιπάτρου μητρὸς πρὸς Φερώραν καὶ τὰς ἐκείνης γυναι-

[k] Εἰς Ῥώμην.] *Lugd. Bat.* Ἐπὶ Ῥώμην.

[l] Ἀνίει] Ἀνήει *Big.* & *Voss.* HUDS. Ἀνήει *Big. Voss. Oxon.* SPANH.

[m] Σώζεται.] *Lugd. Bat.* mavult Διαζώζεται.

[n] Ηκει] Ηκε & mox ἐθεράπευσεν in aliquot *MSS.*

[o] Τὸ πάθος.] Τῷ πάθει *Voss.* & *Bod.* atque ita forsan *Rufinus* qui vertit, *sed morbum superare non quivit.*

[p] Ἀποθνήσκει] Θνήσκει *MS. Lips.* Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 3. §. 3. SPANH.

[q] Τῷ ἔθνει] Τῷ οἴκῳ *Bod.* & *Rost.*

[r] Αὐθέντην] *Rasi.* Αθετιτην. Sed manu recentiore, erasò, quod prius exstiterat.

[s] Τι] *Gen.* Τε.

[t] Αὐτὸν εὐθέως] Illud αὐτὸν insertum dedi è *Cod. Busb.* & *Rufini* versione.

[v] Πρὸ δυοῖν ἡμερῶν,] Τῇ προτέρᾳ τὸ νόσε in *Antt.* l. 17. c. 4. §. 1.

[x] Θεὸς, ὁ γῆν καὶ οὐρανὸν διέπων,] In *Cod. Busb.* & *Rost.* ὁ Θεὸς ὁ οὐρανὸν καὶ γῆν διέπων.

γυναι-

γυναῖκας ἐδήλωε, καὶ τὰς λαθραίας αὐτῶν συνόδους, ὅτι τε Φερώρας καὶ Ἀντίπατρος σὺν ἐκείναις πίνοιεν, ὑποτρέφοντες ἀπὸ τοῦ βασιλέως, δι' ὅλης νυκτὸς, μηδένα μήτε οἰκέτην, μήτε θεράπαιναν ἐῶντες παραδυγχάνειν. μία δὴ τῶν ἐλευθέρων ταῦτα μηνύει.

γ'. Τὰς μὲν δούλας χωρὶς ἑκάστην Ἡρῴδης ἐβασάνιζεν. ἐρρήθη δὲ πᾶσι τὰ προειρημένα συμφώνως, καὶ διότι κατὰ συνθήκην Ἀντίπατρος μὲν εἰς Ῥώμην, Φερώρας δὲ ὑποχωρήσειεν εἰς τὴν Περαίαν. πολλάκις γοῦν αὐτὸν ἀφελεῖν, „ ὡς μὴ Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον, ἐπ' αὐτοὺς Ἡρῴδης ἀφήσει, καὶ τὰς αὐτοῦ γυναῖκας. οὐ γὰρ φείσασθαι, „ μὴ Μαριάμμην καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνης, ἑτέρου τινός· ὥστε ἄμεινον εἶναι, ὡς πορρωτάτω φυγεῖν τὸ θηρίον. [z] πολλάκις δὲ ἀποδυρόμενον πρὸς τὴν μητέρα, τὸν Ἀντίπατρον εἰπεῖν. „ ὡς αὐτὸς μὲν εἴη πολιὸς „ ἤδη, [a] νεάζοι δὲ καθ' ἡμέραν ὁ πατὴρ, φθάσαι δ' „ ἂν τάχα καὶ τελευτήσας, πρὶν ἄρξασθαι βασιλείας „ ἀληθοῦς. εἰ δὲ καί ποτε ἐκεῖνος τελευτήσειε· [b] πότε δ' „ ἂν γενέσθαι [c] τοῦτο; παυλάπασιν αὐτῷ τὴν ἀπόλαυσιν „ τῆς Ἀλεξάνδρου [d] γενέσθαι σύλλογον. ὑποδιαφθείρειν δὲ τὰς τοῦ ὕδρας κεφαλὰς, τοὺς Ἀριστόβουλόν καὶ „ Ἀλεξάνδρου παῖδας. ἀφηρῆσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ „ πάλους, καὶ τὴν ἐπὶ τέκνοις ἐλπίδα. Ἀλέξανδρον γοῦν „ ὁ τοῦ αὐτοῦ τινα παίδων μὴ τὴν τελευτὴν, ἀλλὰ τὴν „ Μαριάμμης Ἡρῴδην γεγραφέναι. καὶ κατὰ τοῦτό γε „ παυλάπασι φιλανθρωπίαν, οἰόμενον, [e] αὐτῷ καὶ Ἀλε„ ξάνδρας μένειν κυρίας· αὐτὸν γοῦν προνοήσειν μηδένα τῆς „ γενεᾶς ἀπολιπεῖν. ὅντα γεμὴν τοῦ πάππου πατέ„ ρων μισοξενώτατον Ἡρῴδην, πολλῷ μᾶλλον εἶναι „ μισάδελφον. [f] δοῦναι γοῦν αὐτῷ πρόφην ἑκατὸν τά„ λαντα, ὅτι τῷ μὴ ἀφαλέγεσθαι Φερώρα. τοῦ δὲ „ εἰπόντος, τί γοῦν αὐτὸν ἐβλάπτομεν; ἀποκρίνασθαι „ τὸν Ἀντίπατρον, εἴθε πάνθ' ἡμᾶς ἀφελόμενον, γυμ„ νοὺς ἐάσαι γε ζῶντας. ἀλλὰ ἀμήχανον ἐκφυγεῖν „ ὅτῳ φονικὸν θηρίον, παρ' ᾧ μήτε φιλεῖν τινας ἔξεστι „ φανερῶς. λάθρα γοῦν ἀλλήλοις σύνεσμεν, ἔξεστι „ δὲ φανερῶς, ἐὰν χώμεν ποτε ἀνδρῶν φρόνημα καὶ „ χεῖρας.

δ'. Ταῦτα ἔλεγον αἱ βασανιζόμεναι, καὶ ὅτι Φερώρας βουλεύοιτο φεύγειν μετ' αὐτοῦ εἰς [g] Περαίαν. ἐπίστευσε δὲ πᾶσιν Ἡρῴδης τοῖς λεγομένοις, ὅτι τὸν ταλάντων. μόνῳ γοῦν Ἀντιπάτρῳ διείλεκτο περὶ αὐτοῦ. ἀποκριθεὶς δὲ εἰς τὸ πρώτιμον ὁ θυμὸς [h] Δωρίδα, τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα· καὶ γυμνώσας αὐτὴν πάντος [i] ὃ ἐδεδώκει κόσμου, πολλῶν δ' ἦν ταλάντων, ἐκβάλλει [k] δεύτερον. τὰς δὲ Φερώρα γυναῖκας ἀπὸ τῶν βασάνων ἐτημέλει· διηλλαγμένῳ. ἐπλήρου δὲ τῷ φόβῳ καὶ πρὸς πᾶσαν ὑπόνοιαν ἐξερριπίζετο· πολλούς τε τῶν οὐκ αἰτίων εἵλκεν εἰς βασάνους, δεδοικὼς μή τινα τῶν αἰτίων παραλίπῃ.

ε'. Καὶ τούτῳ τρέπεται πρὸς τὸν Σαμαρείτην Ἀντίπατρον, ὃς ἦν ἐπίτροπος Ἀντιπάτρου. βασανίζων δὲ αὐτὸν ἤκουσεν, ὅτι μεταπέμψαιτο μὲν Ἀντίπατρος ἐξ

& occultos eorum conventus aperuit; quodque Pheroras & Antipater, *redeuntes à rege, totam noctem cum illis potarent, servis omnibus & ancillis exclusis. quare fiebat, ut liberarum una omnia indicaret.

3. Servas autem singulas seorsim torquebat rex. Quæ vero jam ante ab omnibus dicta erant *mirifice* congruebant, & qua de causa Romam quidem Antipater ex composito peteret, in Peræam vero Pheroras secederet. nam sæpe illos in sermone dixisse; „ quod post Alexandrum & Aristobulum, † in „ ipsos eorumque conjuges sæviturus esset Herodes. non enim alteri alicui parsurum esse, qui „ Mariamne & ex ea genitis non peperciset: adeo„ que satius esse ab hac belua quam longissime fu„ gere." Sæpe autem Antipatrum, apud matrem querentem, dixisse; „ quod ipse quidem jam in„ caneseeret, pater vero in dies *singulos* juveneseeret, seque fortasse prius moriturum quam vere „ regnare recipiat; aut si unquam ille discesserit, „ (quando autem istud futurum?) successionis vo„ luptatem sibi fore brevissimam. Subpullulare au„ tem Hydræ capita, Alexandri atque Aristobuli „ filios; sibique spem, quam de liberis haberet, à „ patre præcisam esse. quippe non eorum quenquam „ post mortem suam, sed Herodem Mariamnes fi„ lium *hæredem* scripsisse. Atque hac in re prorsus „ eum præ senectute delirare, si testamento suo „ standum arbitraretur: se namque ut ex ejus pro„ genie nemo superesset curaturum. Quinetiam „ cum omnes patres, quibus invisi unquam filii „ fuerunt, odio vincat Herodes, multo tamen ma„ gis eum *etiam* fratres odisse. quo factum ut nu„ per sibi centum dederit talenta, ne cum Pherora „ colloquia miscret. Cum autem ille diceret, qui„ nam in re eum læsimus? respondisse Antipatrum; „ utinam cunctis ablatis nos nudos, dummodo „ vivos, relinqueret. Verum fieri non posse, ut „ bestiam cædis adeo avidam quisquam effugiat, „ per quam non licet palam aliquos amore prose„ qui. Itaque nunc occultè convenimus, licebit „ autem omnium in conspectu, si unquam viriles „ animos manusque habuerimus.

Servarum tortarum confessio. Antt. l. 17. c. 4. §. 1.

4. Hæc tortæ cruciatæque dicebant feminæ, quódque Pheroras cum illis in Peræam fugere cogitasset. ut vero Herodes cunctis quæ dicta erant fidem haberet, fecit centum talentorum mentio. nam de istis soli Antipatro quidquam dixerat. Igitur ante alios in Doridem Antipatri matrem furor ejus invasit; eamque omni ornatu, quem ei donaverat quique multorum erat talentorum, spoliatam, foras iterum ejicit. deinde Pheroræ mulieres ex tormentis recreabat, *illis* jam reconciliatus. Metu autem consternatus erat, & ad omnem suspicionis auram excitabatur: multosque innocentes in tormenta trahebat, veritus ne quem nocentem prætermitteret.

Doridem Antipatri matrem Herodes è regia ejicit. Antt. l. 17. c. 4. §. 2.

5. Hinc ad Antipatrum Samaritanum se convertit, qui procurator erat Antipatri *regis filii*. & ex ipso in quæstionem dato audivit, Antipatrum qui-

Antipater Samarita index venenî Herodi ab Antipatro filio parati. Antt. l. 17. c. 4. §.

γ Περαίαν.] Ita *Bod. Voss.* (*Rost.* qui ita transponit εἰς τ. Π. ὑποχ.) & *Ruf.* Πετραίαν in *reliquis*, atque ita legisse videtur *Hegesipp.* ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τετραρχίας (i. e. Περαίας) in *Antt.* l. 17. c. 4. §. 1. Huds. Περαίαν Latinus Interpres, at mox Πέτραν sequitur §. 4. quod melius. Rel.

z Πολλάκις δὲ] Alii sic distinguunt, πολλάκις ὃ ἀποδυρόμενον, πρὸς τὴν μητέρα τὸν Ἀντίπατρον εἰπεῖν.

a Νεάζοι] *Lugd. Bat.* Νεάζει.

b Πότε δ' ἂν γενέσθαι] Absunt omnia a *Cod. Rost.*

c Τοῦτο;] Τοῦτο non agnoscit *Busb.*

d Γενέσθαι σύλλογον.] Γενέσθαι *Voss.*

e Αὐτῷ καὶ] *Rost.* Αὐτοῦ καὶ τὰς.

f Δοῦναι γοῦν αὐτῷ—Φερώρα.] Conf. sup. c. 29. §. 2. Spanh.

g Περαίαν.] Ita *Bod. Rost.* & *Gall.* εἰς τὴν Περαίαν *Busb.* & *Rhed.* Πέτραν in *Græcis* aliis & in codicibus *Rusini.* Huds. Περαίαν *Bod. Ox.* Spanh.

h Δωρίδα, τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα.] Confer ἀρχ. lib. 1. c. 4. §. 2. Spanh.

i Οὗ ἐδεδώρητο κόσμου,] Οὗ ἐδωρήσατο *Bod.*

k Δεύτερον. τὰς δὲ] *Lugd. Bat.* Δεύτερον δὲ τὰς, &c. Sublata distinctione. Male, jam enim secundo exigebatur Antipatri mater. Hav.

l Διηλλαγμένῳ.] Διηλλαγμένας in quibusdam *MS. Lugd. Bat.* etiam μωλῶν διηλεγμένας.

* A convivio regis se recipientes, *Hegesipp.*

† In ipsorum necem sese Herodes conversurus foret *Hegesipp.*

quidem ex Ægypto accersiviſſe venenum ad patrem necandum, per amicum quendam Antiphilum, idque ab eo Antipatri avunculum accepiſſe Theudionem, ac Pheroræ tradidiſſe. huic enim mandaſſe Antipatrum ut Herodem occideret, dum ipſe Romæ eſſet procul ab omni ſuſpicione: Pheroram vero venenum uxori ſuæ dediſſe ſervandum. Hanc rex cum acciviſſet, ſtatim quod acceperat afferre jubet. illa vero, quaſi allatura *quod petebatur*, egreditur, & ſeipſam de tecto præcipitat, ut rei indicium & cruciatus à rege infligendos præveniret. Sed providentia Dei, ut apparuit, repetentis pœnas ab Antipatro, non in caput ſed in alias *corporis* partes delata, mortem effugit. Cum autem ad regem apportata recrearetur, (* nam ex alto decidens marcore correpta erat) *rex* eam interrogabat, qua de cauſa ſeipſam dejeciſſet, juratque, ſe vera, dicenti omne ſupplicium remiſſurum; ſin aliquid *de veritate* celaret, corpus ejus tormentis abſumpturum eſſe, neque ſepulturæ quidquam relicturum.

Pherora uxor ſe de tecto præcipitat. Antt. l. 17. c. 4. §. 2.

6. † Ad hæc mulier, cum pauliſper tacuiſſet, „ quid, inquit, abſtinerem à ſecretis prodendis, „ Pherora jam mortuo, aut ut ſervarem Antipa„ trum qui nos omnes perditum ibit? Audi rex, „ & tecum Deus teſtis mihi veritatis, qui falli non „ poteſt. Cum in lachrymas effuſus morienti aſſi„ deres Pheroræ, tunc ille mihi ad ſe vocatæ dicebat „ næ, ego, ô conjux, vehementer errabam de fra„ tris erga me animo, qui eum ita me amantem ode„ rim, & necare cogitaverim adeo ob mei necdum „ mortui vicem conturbatum. Sed ego quidem „ impietatis pretium fero: tu vero quod ei paratum „ ſervas, nobis ab Antipatro relictum, venenum, „ age affer, & me ſpectante continuo abſume, ‡ ne „ apud inferos quoque feram conſcientiam ſceleris „ vindicem. Cum juſſiſſet, attuli; & *illud* qui„ dem maxima ex parte ejus in conſpectu in ignem „ exinanivi, ipſa vero modicum in incerta *vitæ*, & „ quia te metuerem, mihimet reſervavi.

Pherora uxoris confeſſio. Antt. l. 17. c. 4. §. 2.

De venemo Herodi paratо compertum. Ibid.

7. Iſta loquuta, pyxidem affert, & in ea paulum admodum veneni. Rex autem matri fratrique Antiphili quæſtionem adhibuit. Atque illi & Antiphilum ex Ægypto pyxidem attuliſſe fatebantur, & venenum à fratre, Alexandriæ medicinam exercente, accepiſſe dicebant. Regiam autem omnem circumeuntes Alexandri & Ariſtobuli manes, rerum incertarum inquiſitores facti ſunt & indices, atque eos qui à ſuſpicione longiſſime aberant ad examen vocabant. adeoque Mariamne pontificis filia deprehenſa eſt inſidiarum conſcia. id quod fratres ipſius torti declararunt. Rex autem etiam in filio vindicavit matris audaciam. quippe Herodem ex ea genitum, patriſque ſucceſſorem factum, è teſtamento expunxit.

Herodes Mariamnes filius è teſtamento Herodis patris expungitur.

2. At dum in istis versaretur calamitatibus, oritur populi quidam tumultus. In civitate erant duo * sophistæ, qui accurate leges patrias scire videbantur, & per totam gentem in maxima erant apud omnes gloria, Judas filius Sepphoræi, & alter Margali Matthias. Ad istos, dum leges exponerent, adolescentium non pauci se conferebant, & quotidie puberum exercitum colligebant. Qui, cum regem audiissent mœrore ac morbo tabescere, ad discipulos verba faciebant, quòd jam tempus opportunum esset ut Deus vindicaretur, fabricataque adversus leges patrias opera detraherentur. quippe nefas esse, in templo haberi aut imagines, aut vultus, opusve quodcunque animantium alicui cognomen. Fecerat enim rex & supra magnam templi portam *collocaverat* aquilam auream. eamque ut exscinderent suadebant sophistæ, pulchrum esse dicentes, aliquid licet inde periculi instaret, *etiam* pro lege patria mori. Eos enim qui ita diem supremum obeunt, & animæ immortalitatem, & æternam bonorum fruitionem manere: minus autem generosos, rudesque in illorum sapientia, animamque amare nescientes, per morbum quam per virtutem emori malle. *Judas & Matthias, ex aquila aurea occasione arrepta, seditionem movent. Antt.* l. 17. c. 6. §. 2.

γ'. Αμα δὲ τοῖς ἐκείνων λόγοις, διηγγέλθη καὶ θνήσκειν ὁ βασιλεὺς, ὥστε θαῤῥαλεώτερον ἐπλήσσετο τ' ὀπτεχειρήσεως οἱ νέοι. μέσης γὰρ ἡμέρας, καὶ πολλῶν κατ' τὸ ἱερὸν ἀναστρεφομένων, ἀκοίνοις πηχείαις καθιμήσαντες σφᾶς [d] αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ τέγους τ' χρυσοῦν ἐκεῖνον ἀετὸν ἐξέκοπτον

3. Dum hos illi sermones sererent, rumor erat regem in ipso decessu esse, adeo ut juvenes ad rem aggrediendam facti essent audaciores. Itaque meridie, dum multi in templo versarentur, cum semet crassis funibus è tecto demisissent, aurean illam *Aquila aurea à juvenibus excisa. Antt.* l. 17. c. 6. §. 3.

---

i Προῆϊ] *Rost.* Προσῆϊ.

k Ετῶν ἑβδομήκοντα,] Videsis *Torniellum* in *Annalibus* 8. ad *Annum M.* 3982. n. 1. & A. 4051. n. 34.

l Ἐν παρέργῳ,] Illud *ἐν* delet *Rost.*

m Ῥαΐσας] Ῥαΐσας ἀρχ. lib. 14. c. 11. §. 7. Contra *φαυσήρια φάρμακα* Apoll. Rh. lib. 3. v. 789. de *noxiis venenis* & *φαυσήρια νοσῶν* idem lib. 4. v. 921. SPANH.

n Αὐτῶν] Ita *Bod.* in *caeteris* αὐτοῖς. *Rufinus* vertit, *ad has ei calamitates accidit*, &c.

o Σοφισταὶ] Leges Σοφισταὶ exponunt juvenibus, uti hic docemur. In Antiq. lib. 17. ubi eandem Historiam narrat *Josephus* hos appellat ἐξηγητὰς νόμων, quomodo jurisperiti dicuntur a Romanis, qui & νομικοὶ appellari solent. Fuerunt ergo & hi Σοφισταὶ Legis Doctores, & iidem qui Νομικοὶ *Luc.* XI. 45. vocantur. REL.

p Σεπφωραίου,] Σεμφωραίου *Bod.* Σεμφωραίου *Gall.* Σεμφωραίου *Rus.* Σαμφαίου in *Antt.* l. 17. c. 6. §. 2. HUDS. Σαμφαίου ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 2. Σεμφωραίου *Bod. Ox.* SPANH.

q Μαργάλω.] Γαργάλω *Gall.* Μαργαλώθου in *Antt.* ibid. HUDS. Pro Μαργάλω ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 2. Μαργαλώθου. SPANH.

r Τοὺς νόμους,] Τὸν νόμον *Bod.* & *Rost.* ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 2. Τῶν πατ. ἐξηγηταὶ νόμων. SPANH.

s Υπερεφέροντα] Υποφέροντα *Voss.* HUDS. SPANH.

t Ως ἄρα] Ως ἄρτι *Bod.* HUDS. SPANH.

v Εργα] *Rost.* ἤδη.

x Αθέμιτον γὰρ εἶναι,] Præceptum *Decalogi* secundum non vetat μορφὴν εἰκόνα ζῴου μὴ ποιεῖν, sed μὴ ποιήσασθαι προσκυνεῖν: & communis *Hebræorum* sententia imagines etiam humanas tolerabat; modo abesset suspicio & periculum cultus extranei. *Pharisaica*, quæ erat severior, disciplina, ad cautelam abundantem, animati cujuscunque imaginem fieri vetuit; sed permisit res inanimatas & animalium monstra depingi; totumque picturæ genus, quam *Grotteschi* Itali appellant, apud *Judæos* omnes in usu & pretio semper erat. Vide *Antt.* lib. 3. c. 5. §. 5. collat. eum *Levit.* XXVI. 1. *Hebr. Antt.* l. 15. c. 2. §. 6. & l. 19. c. 8. §. 2. *Philonem* περὶ γιγ. p. 196. *Is. Vossium* ad *Catullum* p. 195—201. Sed memineris unà consulere *Plin.* XXXVII. 2. *Antt.* 24. c. 3. & *Belli* I. c. 7. ALDR. De cultu imaginum, aut simulacris apud Judæos prohibitis ἀρχ. lib. 3. c. 4. §. 5. μηδένος εἰκόνα ζῴου ποιήσασθαι προσκυνεῖν. Unde juxta Hebræos imagines quædam toleratæ, modò abesset earum cultus vid. *Lev.* XXVI. 1. Philon. περὶ γιγ. p. 196. & ἀρχ. lib. 15. c. 8. §. 2. & c. 9. §. 5. Nefas enim Judæis imagines more Græcorum colere; non imagines erigere: at animantium effigies consecrare vetitum Judæis. Prohibet autem lex imaginum elevationes, vel animalium propositiones constituere, vid. de animalium effigie ad cultum prohibita ἀρχ. lib. 3. c. 4. §. 5. & lib. 18. c. 4. §. 1. ubi signa cum effigie Tiberii Hierosolymæ introducta à Pilato præter Judæorum legem. Conf. lib. 18. ἀρχ. cap. 6. §. 3. & infr. lib. 2. c. 9. §. 2. vid. Philon. περὶ πρεσ. p. 217. SPANH.

y Κατὰ τ' ναὸν,] Ita in *Lugd. Bat.* & *Hudf.* at *Gen.* καὶ τ. τ.' omnia delet *Rost.* HAV.

z Η ζῴου τινὸς ἐπώνυμον ἔργον εἶναι.] Non licebat esse ζῴου ἔργον, ideo Salomon boves fabricando sub mari æneo a *Josepho* condemnatur. REL.

a Γένοιτο] *Rost.* Γίνηται.

b Τελευτῶσιν] Pro *decedentibus* alii MS. *decidentibus*. Ox. SPANH.

c Αθάνατον] An ergo alias non ἀθάνατος? REL.

d Αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ τέγους τ' χρυσοῦν] Ad hunc modum distinctum in *Rufini* codice, αὐτοὺς, ἀπὸ τοῦ τέγους τ' χρ. nam vertit, *demissi funibus, aquilam ex tecto*, &c. HUDS. Alii τοῦ, sed τ' *Ed. Basil.* & *Bod. Voss. Ox.* SPANH.

Id est, *Rabbini.*

illam aquilam ſecuribus exſcindunt. ſtatim *quod factum eſt* prætori regis nunciabatur, atque ille multa cum manu eò accurrebat, & captos circiter quadraginta juvenes ad regem adducebat. Cumque ille primum eos interrogaret, an aquilam auream exſcindere auſi fuiſſent; *feciſſe* confitebantur. deinde cujus juſſu; legis patriæ, reſponderunt. Cum vero ab iis quæſiviſſet, quid ita gaudio exſultarent mox interficiendi; dicebant, quòd poſt mortem bonis pluribus fruituri eſſent.

De illis facta inquiſitio. Antt. l. 17. c. 6. §. 3.

In eos animadvertitur. l. 17. c. 6. §. 4.

4. Iſtis rex commotus, iracundiæ vehementiâ morbum ſuperat, adeoque in concionem procedit, atque multum in eos quaſi ſacrilegos invectus, quódque legis prætextu majus quiddam aggrederentur, æquum cenſebat & ſupplicio eos addicere ut impios. Populus autem veritus, ne multi ex indiciis convicti eſſent, rogabat, ut cum primum quidem facinoris ſuaſores, ac deinde in eo deprehenſos pœnæ ſubjeciſſet, iram in cæteros miſſam faceret. Vix perſuadetur rex, & qui funibus ſe demiſerant una cum ſophiſtis vivos cremavit, reliquos vero qui comprehenſi ſunt miniſtris interficiendos tradidit.

Herodi morbus magis adhuc ingraveſcit. Antt. l. 17. c. 6. §. 5.

Morbi deſcriptio. Antt. l. 17. c. 6. §. 5.

5. Poſt hæc morbi vis, per univerſum ejus corpus diffuſa, variis doloribus *id* diſtrahebat. nam febris quidem erat, non *tamen* vehemens, pruritus vero per totam corporis ſuperficiem intolerabilis, coli quoque dolores continui, & circa pedes tumores quaſi aqua intercute laborantis, atque inflatio abdominis, & in pudendis putredo vermes generans. Ad hæc, non potuit niſi cum erectus eſſet reſpirare, & tum reſpirandi difficultate laborabat, & membrorum omnium convulſione cruciabatur; adeo ut harioli morbos *iſtos* pœnam eſſe dicerent ob cædem ſophiſtarum irrogatam. Ille vero, quamvis tot cruciatibus conflictaretur, vivendi tamen deſiderio tenebatur, & ſalutis ſpem retinebat, ac de curationibus cogitabat. Itaque trajecto Jordane, aquis calidis, quæ juxta Callirhoën ſunt, uſus eſt. Hæ influunt quidem in Aſphaltitèn lacum, adeo tamen ſunt dulces, ut etiam potui commodæ ſint. Ibi cum medicis viſum eſſet, ut totum corpus, demiſſum in dolium olei plenum, foveretur, * oculi enervantur, eoſque morientis ad inſtar reciprocavit. Cum autem in tumultu eſſent miniſtri, clamore excitatus ad ſe quidem rediit: ſalutis autem ſpe in poſterum abjecta, & quinquaginta drachmas militibus viritim, & ingentem pecuniam ducibus atque amicis diſtribui juſſit.

πελέκεσιν. ἐγγέλθη ὴ εὐθέως τῷ βασιλέως ϛρατηγῷ, καϰεῖνϕ, μὴ χειρὸς ὀλίγης ἀναδραμὼν, [e] περὶ τεσσαράκοντα νεανίας συλλαμβάνῃ, ϗ καλήγαγε πρὸς τ βασιλέα. συνθανομένῳ δὲ αὐτῷ πρῶτον εἰ τολμήσειαν τ χρυσῆν [f] ἀετὸν ἐκκόπτειν, ὡμολόγουν. ἔπειτα, τίνϕ κελεύσανλϕ, ἀπεκρίναντο τ πατρίῳ νόμῳ. τί δὲ οὕτω γεγήθασι, διερωτήσανλϕ, ἀναιρεῖσθαι μέλλοντες, ἔλεγον, ὅτι πλειόνων ἀγαθῶν ἀπολαύσουσι μὴ τ τελευτήν.

δ'. Ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς, δι' ὑπερβολὴν ὀργῆς κρείττων τ νόσου γενόμενϕ, πρόεισιν εἰς ἐκκλησίαν, ϗ πολλὰ τ ἀνδρῶν καλήγορήσας ὡς ἱεροσύλων, ϗ προφάσει τ νόμου πειραζόντων τι μεῖζον, κολάζειν ἠξίου ὡς ἀσεβεῖς· ὁ δὲ δῆμϕ, δείσας μὴ πρὸ πολλῶν ὁ ἔλεγχϕ ἔλθῃ, παρεκάλει πρῶτον μὲν τοὺς ὑποθεμένους τ πρᾶξιν, ἔπειτα τοὺς σὺν αὐτῇ συλληφθέντας κολάσαι, τοῖς λοιποῖς τ ὀργὴν ἀφεῖναι. πεισθεὶς μόγις ὁ βασιλεὺς, ϗ τοὺς μὲν καθιμήσαντας ἑαυτοὺς ἅμα τοῖς σοφισταῖς κατέκαυσε ζῶντας, τοὺς λοιποὺς δὲ τ συλληφθέντων παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις ἀνελεῖν.

ε'. [g] Ἐνθεν αὐτῷ τὸ σῶμα πᾶν ἡ νόσϕ διαλαβοῦσα, ποικίλοις πάθεσι [h] διεμερίζετο. πυρετὸς μὲν γὰρ [i] ἦν ὐ λάβρϕ, κνησμὸς δ' ἀφόρητϕ τ ὄψιν ἅπασαν, ϗ [k] κόλων συνεχεῖς ἀλγηδόνες, περί τε τοὺς πόδας [l] ὥσπερ ὑδρωπιῶντϕ οἰδήματα, τῆ τε [m] ἤτρῳ φλεγμονὴ, [n] ϗ δι' αἰδοίου σηπεδὼν [o] σκώληκας γεννῶσα. πρὸς τούτοις, [p] ὀρθόπνοια, ϗ δύσπνοια, [q] ϗ σπασμὸς ἀπάντων τῶν μελῶν, ὥστε τοὺς ἐπιθειάζοντας ποινὴν εἶναι [r] τ σοφιστῶν τὰ νοσήματα λέγειν. ὁ δὲ, παλαίων τοσούτοις πάθεσιν, ὅμως γε ζῆν ἀπῃτεῖτο, σωτηρίαν τε ἤλπιζε, ϗ θεραπείας ἐπενόει. πορευθεὶς γὰρ τ Ἰορδάνην, τοῖς κατ' [s] Καλλιρόην θερμοῖς [t] ἐχρήσατο. ταῦτα δὲ ἐξίησι μὲν εἰς τ [v] Ἀσφαλτῖτιν λίμνην, ὑπὸ γλυκύτητϕ δ' ἔστ ϗ πότιμα. δόξαν δ' ἐνταῦτα τοῖς ἰατροῖς ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναθάλψαι τὸ σῶμα, χαλασθὲν εἰς ἔλαιον πλήρη τύελον, [x] ἐκλύει δὲ τοὺς ὀφθαλμούς, [y] ϗ ὡς τεθνεὼς ἀνέστρεψε. θορύβου δὲ τ [z] θεραπόντων γενομένου, πρὸς μὲν τ [a] φωνὴν ἀνήνεγκεν· εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἀπογνὺς τ σωτηρίαν, τοῖς τε στρατιώταις ἀνὰ δραχμὰς πεντήκοντα [b] ἐκέλευσε διανεῖμαι, ϗ πολλὰ χρήματα τοῖς ἡγεμόσι ϗ τοῖς φίλοις.

ϛ'. Αὐ-

[e] Περὶ τεσσαράκοντα νεανίας] Cumque his una Judam & Matthiam facinoris hujus autores. *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 3.

[f] Ἀετὸν ἐκκόπτειν,] Vocem ἀετὸν inſertam dedi ex *Ruſini* verſione.

[g] Ἐνθεν—ἀλγαλοῦσα,] Citantur hæc & ſequentia ab Euſeb. H. Eccl. lib. 1. c. 8. ſcil. tanquam è lib. 2. Hiſt. Bell. J. Vide eadem de Herodis morbo ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

[h] Διεμερίζετο.] Ἐμείριζε *Euſeb.* ἐμερίζετο *Niceph. Calliſt.*

[i] Ἦν ὐ λάβρος,] Οὐ λάβρος deſunt *Cod. Bod.* & *Roſt.* ἦν λάβρος legiſſe videntur *Hegeſipp.* & *Ruf.* quorum ille quidem vertit, *febris vehemens*; hic vero, *febris non mediocris.* πυρετὸς γὰρ ἦν αὐτῷ μετρίου ἐπιτείνεσθαι in *Athanaſii* ſermonibus in *Matth.* editis per *D. Bern. de Montfaucon* in *Nova Collectione Patrum & Scriptorum Gr.* Vol. 2. p. 26. ὐ λάβρος habet *Niceph.* atque hoc convenit cum ipſo *Joſepho* in *Antt.* l. 17. c. 6. §. 4. ubi dicit πῦρ γὰρ μαλακὸν ἦν &c. & cum *Euſebio*, ubi hic locus citatur in hunc modum, πυρετὸς ἦν χλιαρὸς, &c.

[k] Κόλα] Κόλα *Big.* & *Euſeb.* loco dicto SPANH.

[l] Ὥσπερ ὑδρωπιῶντος] Ὡς ὑδρ. *Euſeb.* & *Niceph.* HUDS.

[m] Ἤτρῳ] Ita in *MSS.* & apud *Euſeb. Niceph.* & *Athanaſ.* qui habet etiam φλεγμονὴ ὑπήρχε. ἤτρῳ φλεγμονὴ perperam in *Editt. Baſ.* & *Gen.* HUDS. Ἦτρον ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. & *Bod. Ruſ. Ox.* ἤτρα etiam *Euſeb.* SPANH.

[n] Καὶ δι' αἰδοίου] Καὶ αἰδοίου σπ. *Euſeb.* & *Niceph.* καὶ δ' αἰδοίου in uno *MS.* HUDS. *MS.* cujus meminit *Hudſonus*, *Voſſianus* erit, ſeu *Lugd. Bat.* ibi enim clare ita exſtat. HAV.

[o] Σκώληκας] Ita cum *MS. Euſeb. Niceph. Athanaſ.* & *Ruf.* σκώληκα in *Editis.* HUDS. Σκώληκας *MS. Ox.* & ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

[p] Ὀρθόπνοια] Superſcrib. in *Lugd. Bat.* Καπόπνοια.

[q] Καὶ σπασμὸς] Σπασμοὶ in aliquibus *MS.* quo modo & *Athanaſ.* & *Niceph.* HUDS. Καὶ σπασμοὶ *MS. Lipſ.* SPANH.

[r] Τῶν σοφιστῶν] Illa τ σοφιστῶν non agnoſcunt *Euſeb.* & *Niceph.* HUDS.

[s] Καλλιρόην] Καλλιρόαν (prout apud *Ptolemæum*, & *Nicephorum*) *Voſſ. Bod.* & *Busb.* HUDS. Proſpicit (inquit *Plinius* N. H. V. 16.) Aſphaltiten ab oriente Arabia Nomadum, à meridie Machærûs, ſecunda quondam arx Judææ ab Hieroſolymis. Eodem latere eſt calidus fons, medicæ ſalubritatis Callirhoë, aquarum gloriam ipſo nomine præferens. Quem locum non intelligens *Solinus*, Callirhoën fontem Hieroſolymis proximum ſtatuit. ALDR. Καλλιρόην *Euſeb.* Καλλιρόαν *Voſſ.* & ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

[t] Ἐκέχρητο.] Ἐχρῆτο *Euſeb.* & *Niceph.* HUDS. Ἐχρῆτο *Euſeb.* SPANH.

[v] Ἀσφαλτῖτιν λίμνην,] Λίμνην ἀσφαλτοφόρον ἀρχ. lib. 17. c. 6. §. 5. item lib. 1. c. 1. §.... & lib. 8. c. 1. §. 2. & lib. 9. c. 10. §. 1. SPANH.

[x] Ἐκλύει—ὀφθαλμούς,] Λύει καὶ τοὺς in *uno MS.* (in *Bod.* forſan, certe in *Roſt. Lugd. Bat.* habet ὀλύει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς, &c.) ἰκλύει τοὺς in *altero* & in *Euſeb.* ἰκλύει καὶ τοὺς *Niceph.* HUDS.

[y] Καὶ ὡς τεθνεὼς ἀνέστρεψε.] Ὡς ὁ τεθνεὼς *Niceph.* HUDS.

[z] Θεραπόντων γενομένου,] Ita lego auctoritate *Euſebii* & *Nicephori*, necnon ipſius *Joſephi*, qui in *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 5. dicit, τ οἰκείων οἰμωγῇ χρωμένων περιεργοτέραν, &c. in *Editis* & *MS. Θεραπευόντων.* Nec aliter forſan *Ruf.* qui vertit, *perturbatis qui eum curabant.*

[a] Φωνὴν ἀνήνεγκεν.] Κραυγὴν *Euſeb.*

[b] Ἐκέλευσε διανεῖμαι,] Ita in pleriſque *MS.* & apud *Euſeb.* & *Niceph.* ἐκέλευσε in *Editis.*

* *Al.* Unde reſoluti ſunt oculi, quos tanquam moriens torquebat.

ς'. Αὐτὸς δὲ [c] ὑποστρέφων [d] ὡς εἰς Ιεριχοῦντα ἀφικνεῖτο, [e] μελαγχολῶν ἤδη, καὶ [f] μονονουχὶ αὐτῷ τι τῷ θανάτῳ ἀπειλῶν, [g] προέκοπεν εἰς [h] ὑπόνοιαν ἀθεμίτου πράξεως τοὺς γ' [i] ἀφ' ἑκάστης κώμης ὑπισήμους ἄνδρας ἐξ ὅλης Ιουδαίας συναγαγὼν εἰς τὸν καλούμενον Ιππόδρομον ἐκέλευσε συγκλεῖσαι. προσκαλεσάμενος δὲ Σαλώμην τὴν ἀδελφὴν, καὶ τὸν ἄνδρα ταύτης [k] Αλεξᾶν, „ [l] οἶδα, ἔφη, Ιουδαίους τὴν [m] μὲν ἐμὸν ἑορτάσοντας „ θάνατον, δύναμαι δὲ πενθεῖσθαι δι' ἑτέρων, καὶ λαμ„ πρὸν ὑπὲρ ταφίου σχεῖν, ἂν ὑμεῖς θελήσητε ταῖς ἐμαῖς „ ἐντολαῖς ὑπουργῆσαι. [n] τοὺσδε τοὺς φρουρουμένους ἄνδρας, „ ἐπειδὰν ἐκπνεύσω, τάχιστα κλείσαντες πεῖσήσατε τοὺς „ στρατιώτας, ἵνα [o] πᾶσα Ιουδαία, καὶ πᾶς οἶκος, „ ἄκων ἐπ' ἐμοὶ δακρύσῃ.

ξ'. Ταῦτα ἐνετέλλετο, καὶ ἅμα τὸν ἐν Ρώμῃ πρέσβεων ἄνδρα ὑπῆλθον, δι' ὧν Ακμὴν μὲν ἀνῃρημένην κελεύσαντος Καίσαρος ἐδηλοῦτο, θανάτῳ δὲ Αντίπατρος καλάκριτος ἔγραφον γεμὴν ὡς εἰ καὶ φυγαδεύειν αὐτὸν ἐθελήσειεν ὁ πατὴρ, [p] ὑπιτρέποι Καίσαρ. ὁ δὲ βραχὺ μὲν πρὸς τὴν ὑπιθυμίαν ἀπήνεγκεν, αὖθις δὲ, καὶ γὰρ ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ βηχὶ σπασμώδει διεκείμενος, [q] τὸν ἀλγηδόνων [r] ἡττηθεὶς, φθάσαι τὴν εἱμαρμένην [s] ἐπεβάλλετο. λαβὼν [t] δὲ μῆλον, ἤτησε καὶ μαχαίριον· εἰώθει γὰρ ἀπολέμενον ἐσθίειν· ἔπειτα περιαθρήσας μή τις ὁ [v] κωλύων εἴη, ἐπῆρε τὴν δεξιὰν, ὡς πλήξων ἑαυτόν· προσδραμὼν δὲ, [x] ἐκώλυσεν [y] Αχίαβος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, τὴν χεῖρα καλαχών. οἰμωγὴ δ' εὐθὺς ἤρθη μεγίστη τε τὸ βασίλειον ὡς οἰχομένου τοῦ βασιλέως· καὶ ταχέως ἀκούσας Αντίπατρος, [z] ἀναθάρρει τε, καὶ γεγηθὼς τοὺς φύλακας ἱκέτευεν, ὅπι χρήματα ἐξαφίεναι λύσαντας αὐτόν. ὁ δὲ ἡγεμὼν οὐ μόνον [a] ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ δραμὼν ἀπήγγειλε τὴν ὑπιθυλήν. ἀνέκραγεν ὁ ἐκεῖνος ἰσχυρότερον τῇ νόσῳ, καὶ θορυχῆμα πέμψας τοὺς δορυφόρους, ἀπέκτεινε τὸν Αντίπατρον. θάψαι δὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ προστάξας ὁ [b] Τρικαίων, πάλιν τὰς διαθήκας ἐπανορθοῦται, καὶ διάδοχον μὲν [c] Αρχέλαον, τὸν πρεσβύτατον υἱὸν, [d] ἀδελφὸν Αντίπα, γράφει, τετράρχην δὲ Αντίπαν.

η'. Μετὰ δὲ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ παιδὸς ὑπισὺς πέντε ἡμέρας [e] τελευτᾷ, βασιλεύσας ἀφ' οὗ μὲν ἀποκτείνας Αντίγονον ἐκράτησε τῶν πραγμάτων [f] ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα

6. Cum autem *inde* revertens ad Hierichuntem perveniret, jam atra bile correptus, & ipsi quodammodo morti aliquid minitans, progressus est ad facinus teterrimum perpetrandum. Nam illustres totius Judææ viros, ex singulis vicis collectos, in locum qui Hippodromus vocabatur, concludi jussit. Tum accersita sorore Salome, viroque ejus Alexandro, „ Novi, in„ quit, Judæos morte quidem mea festos dies „ acturos; * aliorum vero causa lugeri possum „ & funus splendidum consequi, dummodo „ meis mandatis obsequi velitis. Hos autem vi„ ros in custodia habitos, simulatque animam „ exhalavero, militibus circumdatos omnes inter„ ficite, quò & universa Judæa & singulæ domus „ vel invitæ mea morte illachrymentur. *Herodes in Judæos crudelitate inaudita sævit. Antt.* l. 17. c. 6. §. 5.

7. Ista mandabat, & *tum* à legatis qui Romæ erant veniebant literæ, quibus significabatur, Acmen jussu Cæsaris interfectam esse, & Antipatrum morte damnatum. Quin & si pater eum in exsilium dare mallet, id quoque permisisse Cæsarem, scriptum erat. Atqui ille paululum quidem ad *vitæ* cupiditatem rediit. Rursus vero (nam & inedia & tussi convulsiva distinebatur) victus doloribus fatum antevertere statuit. Sumpto igitur pomo, cultellum etiam poposcit (solitus enim erat sectum comedere) deinde circumspiciens ne quis esset qui ei obstaret, tanquam se percussurus dextram levavit. Verum Achiabus ejus sobrinus accurrens, manu illius prehensa, *ictum* impediit. Ululatus autem maximus statim sublatus est in regia, ac si rex mortuus fuisset: cumque eum audiisset Antipater, fiduciam resumit, lætatusque custodes obsecrabat, ut ipsum promissa pecunia solutum dimitterent. Dux vero illorum non tantum *id fieri* prohibuit, sed & regi insidias renunciatum currebat: atque ille fortius exclamavit quàm morbus commode pateretur, continuoque missis satellitibus Antipatrum occidit. Cum autem in mandatis dedisset ut cadaver ejus in Hyrcanio sepeliretur, rursus testamentum corrigit: & successorem quidem scripsit Archelaum filium natu maximum, Antipæ fratrem, Antipam vero tetrarcham. *Herodis legati, qui Romæ erant, literis læta nunciant. Antt.* l. 17. c. 7. §. 1. *Herodes, paululum licet recreatus, tandem doloribus victus manus sibi inferre conatur. Antt.* l. 17. c. 7. §. 1. *Antipater occiditur.* Ibid. *Testamentum rursus mutat Herodes. Antt.* l. 17. c. 8. §. 1.

8. Postquam autem à filii cæde quinque dies vixisset, mortem obit; cum *scilicet* regnasset annos quidem triginta quatuor, ex quo Antigono interfecto rerum potitus est, triginta vero septem, *Diem supremum obit.* Ibid.

ex

[c] Υποστρέφων] Υποστρέψας *Euseb.*

[d] Ως εἰς Ιεριχοῦντα] Illud ὡς non agnoscunt *Bod. Voss. Rost. Euseb.* & *Niceph.*

[e] Μελαγχολῶν ἤδη,] Καὶ διαφανῶς post μελαγχολῶν addunt nonnulli *MSS.*

[f] Μονονουχὶ] Καὶ διαφανῶς add. *MSS. Ox. Eusebius* non agnoscit. v. H. Eccl. p. 26 SPANH. Addit & *Rost.*

[g] Προέκοψεν εἰς] Προέκοψε δὲ εἰς *Niceph.*

[h] Ὑπόνοιαν] Ita lego cum *Valesio* ex *Eusebii Cod. Nazar.* antea erat ἐπιβουλὴν. HUDS. Sciat quoque lector, clarissime ἐπιβουλὴν in *Lugd. Bat.* nostro exstare. HAV.

[i] Ἀφ' ἑκάστης] *Lugd. Bat.* Ἐφ' ἑκάστης.

[k] Αλεξᾶν,] Αλέξανδρον *Euseb.* Verum ut *Epaphroditus* idem qui *Epaphras*, ita *Alexander* idem qui *Alexas.* HUDS. Αλεξάνδρον *Basil.* sup. c. 28. §. 6. & *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 5. SPANH.

[l] Οἶδα ἔφη, Ιουδαίους] *Rost.* Οἶδα Ιουδαίους, φησί.

[m] Μὲν ἐμὸν ἑορτάσοντας] Illud μὲν deest *Busb. Rhod. Euseb.* & *Niceph.*

[n] Τούσδε] Ita *Lugd. Bat.* Separant alii τοὺς δὲ.

[o] Πᾶσα Ιουδαία, καὶ πᾶς οἶκος] Ἰουδ. ἅπας οἶκος *Euseb.* πᾶσα Ἰουδ. κ. π. οἶκος ἐπ' ἐμοὶ δ'. *Niceph.*

[p] Ἐπιτρέποι Καῖσαρ.] Ita lego ex *Josepho* in *Antt.* lib. 17. c. 6. §. 5. & ex *Rufino* qui vertit, *id quoque permisisse Cæsarem.* ἐπιτρέποι in *Editis* & *MSS.* HUDS. Imo & veræ lectioni adstipulatur *Lugd. Bat.* HAV.

[q] Τῶν ἀλγηδόνων] Τῶν ἀλγηδόνων ἡττηθεὶς *Rufin.* & ita *Voss.* & *Big. Ox.* Adde *Eusebium* p. 26. C. SPANH.

[r] Ἡττηθείς,] Excusum erat ἡ δὲ αἰδησις. Sed quod recte legit *Rufinus* ἡττηθείς, exhibet *Voss.* seu *Lugd. Bat.* & *Big.* unus recenti manu, alter cum *Bod.* nihil mutat. ALDR. αἰδηθεὶς *Niceph.*

[s] Ἐπεβάλλετο.] *Lugd. Bat.* Ἐπεβάλλε.

[t] Δὲ μῆλον,] Ita & *Euseb.* sed δὴ malit *Vales.*

[v] Κωλύων εἴη,] Αὐτὸν post κωλύων addunt *Euseb.* & *Niceph.*

[x] Ἐκώλυσεν] Διεκώλυσεν *Bod.* & *Voss.* & mox εὐθὺς *Bod.* & *Gall.*

[y] Αχίαβος ὁ ἀνεψιὸς] De eodem Achiabo ἀρχ. lib. 17. c. 7. §. 1. & c. 12. §. 4. ut & infr. lib. 2. c. 4. §. 1. SPANH.

[z] Ἀναθάρρει τε,] Ἀναθαρρεῖται *Gall.*

[a] Ἐκώλυσεν,] *Rost.* εἶτε ἴλυσεν, quæ forsan vera erit lectio, nata altera ex verbo eodem superius paulo occurrente. HAV.

[b] Τρικαίων,] Ita cum *Bod.* & *Ruf.* prout supra aliquoties. Τριακίᾳ in *ceteris.* HUDS. Conf. sup. c. 1. §. 2. SPANH.

[c] Αρχέλαον,—υἱὸν,] Ex Malthace Samaritide natum. quem cum Philippo ante præterierat, quando Antipam regem instituet. ALDR. Conf. ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 1. Archelaus Rex ab Herode declaratus & Antipas Tetrarcha. SPANH.

[d] Ἀδελφὸν—Αντίπα.] Ἀδελφὸν Αντιπάτρου *MSS. Lipsi.* SPANH. *Rost.* Ἀδελφὸν δὲ Αντιπάτρου.

[e] Τελευτᾷ,] Circa *Novembris* nostri diem 25. septimo videlicet *Cisievi* mensis, qui idcirco Judæis festus est, quod in eo occiderit Herodes, qui sapientes odio prosequutus est: ut ex *Voluminе jejunii* in *Chronologia* sua notavit *Edvardus Liveleius*, vir doctissimus. *Usser. Annal.* pag. 602. ALDR. Circa 25. *Novembr.* seu 7. mensis *Cisievi*, qui inde Judæis Festum. Ex *Usserii Annal. Oxon.* SPANH.

* Nonnulli interpretantur *per alios.*

[f] Ετη τέσσαρα καὶ τριάκοντα,] Hunc numerum & sequentem (v. 19.) libri omnes *Graci* pariter & *Latini* exhibent; eosdem quoque *Josephus* in *Antt.* 17. c. 8. & ex *Josepho* etiam *Zonaras Aliique.* Et sane nulla ratio est cur de iis dubitemus, quamvis id faciant *Chronologi* non ignobiles. Nam cum Herodes rex declaratus sit Romæ a. P. J. 4674. Cn. Domitio Calvino II. C. Asinio Pollione Coss. & regnum adierit post triennium, h. e. a. P. J. 4677. M. Vipsanio Agrippa, L. Caninio Gallo Coss. (uti disertis verbis asserit *Josephus* in *Antt.* lib. 14. c. 14. §. 5. & c. 16. §. 4. *Belli* lib. 1. c. 17. §. 9.:) clarum est, sive ab hoc anno numeres 34 sive ab illo 37, mortuum esse Herodem a. P.

ex quo rex à Romanis declaratus est. Et in cæteris quidem omnibus secunda fortuna usus est, si quis unquam alius. qui quidem regnum quod privatus adeptus est, tantoque conservavit tempore, filiis suis reliquit: in rebus vero domesticis infelicissimus fuit. Sálome autem, antequam regis mortem resciret exercitus, cum marito progressa, dimisit eos qui in custodia erant, quos occidi jusserat rex: ipsum dicens mutasse consilium, & suam quemque domum remittere. At cum isti abirent, tum *regis obitum* militibus indicabat; eosque cum cætera multitudine in concionem coëgit in amphitheatro Hierichuntino: ubi Ptolemæus, cui creditus erat à rege annulus signatorius, prodiens *in medium*, & regis fortunam prædicat, & populo consolationem adhibet, & relictas militibus literas legebat, in quibus *eos* multis hortabatur, ut benevolos se præstarent successori *suo*. Deinde, post literas istas, testamentum resignabat & recitabat: in quo Philippus quidem Trachonis & vicinarum regionum hæres declarabatur; Antipas vero, ut jam ante diximus, tetrarcha; rex vero Archelaus. Hinc autem & annulum ad Cæsarem ferre mandabat, & administrationis rationes sigillo munitas. omnium enim quæ *de istis* constitueret dominum, & testamenti confirmatorem esse Cæsarem *voluit*: cætera vero juxta superius testamentum servari.

Salome & Alexas dimittunt Judæos in Hippodromum conclusos. *Antt.* l. 17. c. 8. §. 2.

Testamentum Herodis lectum.

9. Confestim autem clamor sublatus est Archelao congratulantium; militesque turmatim cum populo eum stipantes, & suam quidem ei promittebant, Deique benevolentiam *ei* comprecabantur. Post hæc ad regem sepeliendum se convertebant. nihil autem quod ad magnificentiam faceret omisit Archelaus, sed omnem ornatum regium protulit, ut cum pompa efferretur mortuus. Lectus quidem erat totus ex auro gemmis distinctus, stragula vero murice vario *refulgens*, superque ea corpus purpura coopertum: & capiti quidem impositum erat diadema, corona vero desuper aurea, & dextra sceptrum habebat. Lectum quidem stipabant filii & cognatorum multitudo; quibus proximi satellites, & agmen Thracium, & Germani & Galli, similiter ornati ac si in bellum iretur. Cæteri vero milites præibant, armis instructi, duces suos ordinumque ductores modeste decenterque sequentes: atque post hos quingenti famuli & liberti aromata ferentes. Corpus autem per ducenta stadia delatum

Archelao, ut regi, acclamatur. *Antt.* l. 17. c. 8. §. 2.

Exsequiæ Herodi solutæ. *Antt.* l. 17. c. 8. §. 2.

τα, ἀφ' ὧν ὑπὸ Ρωμαίων [g] ἀπεδείχθη βασιλεὺς, ἐπὶ ἐτῶν τριάκοντα. καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα τύχῃ δεξιᾷ χρησάμενος, εἰ καί τις ἕτερος. ὅστις γε [h] καλεκτήσατο βασιλείαν ἰδιώτης ὤν, καὶ τοσούτῳ χρόνῳ φυλάξας, ἰδίοις τέκνοις καλέλιπεν· ἐν οἷς τοῖς καθ' οἶκον, ἀτυχέστατος. πρὶν δὲ γνῶναι τὴν τελευτὴν αὐτοῦ τὸ στρατιωτικὸν, προελθοῦσα μετ' ἀνδρὸς ἡ Σαλώμη, διαφῆκε τοὺς δεσμώτας ὃς κλείνειν ὁ βασιλεὺς ἐνετείλατο, μεταπεισθῆναι αὐτὸν λέγουσα, καὶ πάλιν ἀναπέμπειν ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. τούτων δὲ οἰχομένων, ἐδήλου ἤδη τοῖς στρατιώταις, καὶ συνῆγεν αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν μετὰ τὰ λοιπὰ πλήθους ἐν τῷ καθ' Ιεριχοῦντα ἀμφιθεάτρῳ. ἔνθα παρελθὼν Πτολεμαῖος, ὁ μὲν [i] τὸ σημαντῆρα δακτύλιον φέρων βασιλέως πεπιστευμένος, τόν τε βασιλέα κακοδαιμονίζει, καὶ τὸ πλῆθος παρακαλεῖ, τήν τε ἀπολειφθεῖσαν τοῖς στρατιώταις ἀνεγίνωσκεν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ [k] πολλὰ δὲ εἰς τὴν διάδοχον εὐνοίας παρεκάλει. μετὰ δὲ τὴν [l] ἐπιστολὴν λύσας τὰς διαθήκας ἀνεγίνωσκεν, ἐν αἷς [m] Φίλιππος μὲν τῶν Τράχωνος, καὶ τῶν [n] γαυλανιτῶν χωρίων [o] κληρονόμος, τετράρχης δὲ ὡς προείπομεν Ἀντίπας, βασιλεὺς δὲ Ἀρχέλαος ἀπεδείκνυτο. τούτῳ δὲ τόν τε δακτύλιον τὸν ἑαυτοῦ Καίσαρι φέρειν ἐνετέλλετο, καὶ τὰς διοικήσεις τῆς βασιλείας [p] σεσημασμένας. κύριον γὰρ ἀπάντων, ὧν διατάξειε, καὶ βεβαιωτὴν τῶν διαθηκῶν εἶναι Καίσαρα· τὰ γεμὼν λοιπὰ κατὰ τὰς προτέρας διαθήκας φυλάττειν.

θ'. Βοὴ δὲ [q] εὐθὺς ἐγένετο τῶν Ἀρχελάῳ συνηδομένων, καὶ κατὰ φῦλα οἱ στρατιῶται μετὰ τοῦ πλήθους [r] περιιόντες, ὑπισχνοῦντο μὲν τὴν ἑαυτῶν εὔνοιαν, συνηύχοντο δὲ καὶ τὸν θεὸν. μετὰ ταῦτα πρὸς ταφὴν ἐτράποντο τοῦ βασιλέως. παρέλιπε δὲ οὐδὲν ὁ Ἀρχέλαος εἰς πολυτέλειαν, ἀλλὰ πάντα τὰ βασίλειον κόσμον προήνεγκε, [s] συμπομπεύσοντα τῷ νεκρῷ. κλίνη μὲν ὁλόχρυσος ἦν ἐζηλωμένη, [t] στρωμνὴ δὲ [v] ἀλουργὶς ποικίλη, τὸ σῶμα δὲ ἐπ' αὐτῆς πορφύρᾳ κεκαλυμμένον, καὶ διάδημα μὲν ἐπέκειτο τῇ κεφαλῇ, στέφανος δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ χρυσοῦς, τὸ δὲ [x] σκῆπτρον πρὸς τὴν δεξιάν. καὶ πρὸ μὲν τῆς κλίνης, οἵ τε υἱεῖς, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγενῶν, ἐφ' οἷς οἱ δορυφόροι, καὶ τὸ Θρᾴκιον ἔθνος, Γερμανοί τε καὶ Γαλάται, διεσκευασμένοι πάντες ὡς εἰς πόλεμον. προῆγε δὲ ἡ λοιπὴ δύναμις, [y] ὡπλισμένοι τοῖς ἡγεμόσι καὶ ταξιάρχοις ἀκολουθοῦντες ἐν κόσμῳ. πενταχόσιοι δὲ ὑπ' αὐτοῖς τῶν οἰκετῶν καὶ ἀπελευθέρων ἀρωματοφόροι. [z] σταδίους [a] δὲ ἐκο-

J. 4710. quo etiam calculus indicat contigisse Lunæ eclipsin Mart. 13. hor. 3. à med. noct. Hierosolymis; atque hæc est cujus meminit *Josephus Antt.* 17. 6. Convenit Herodis ætas; quando notum est & nulli dubium Cæsarem Hyrcani causam cognovisse a. P. J. 4667. Q. Fusio Caleno, P. Vatinio Coss. quo tempore Herodes, sicut ante diximus, non 15 sed 25 annos numerabat; adeoque erat hoc anno prope septuagenarius, uti modo nos docuit *Josephus* §. α'. hujus capitis. ALDR. Vide *Langium* de *Annis Christi* lib. 2. c. 18. & *Pagium* in *Critica* ad *Baronium*, Vol. 1. p. 17.

g Ἀπεδείχθη——τριάκοντα] *Rost.* Ἐδείχθη β. ἔτη τριάκοντα ἑπτά.

h Καλεκτήσατο] Inter varias lectiones nostras hanc veram inveni; sed omissum est nomen codicis in quo reperitur. Excusum erat καλεσήσατο. ALDR. Vera quoque lectio alteri superscribitur in *Lugd. Bat.* HAV. Καλεκλήσατο è *MSS. Ox.* SPANH.

i Τὸν σημαντῆρα δακτύλιον] Σημαντὴρ δακτύλιος annulus obsignatorius. ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 2. SPANH.

k Πολλὰ] Abest a *Rost.*

l Διαθήκας] Ἐπιδιαθήκας *MS. Lips.* SPANH. & *Lugd. Bat.*

m Φίλιππος μέν] Strabo p. 765. A. Τῶν δὲ υἱῶν, (Ηρῴδης) τὸν μὲν αὐτὸς ἀπέλιπεν ὡς ἐπικυρώσαντος αὐτοῦ. τὰς δὲ τελευτῶν διαδόχους ἀπέλιπε μερίδας αὐτοῖς λαβοῦσι, &c. Quid cuique tribuerit Augustus & quomodo Herodis testamentum confirmaverit, vide *Antt.* lib. 17. c. 13. *Belli* 2. c. 6. ALDR. Conf. supra c. 33. §. 7. SPANH.

n Γαυλανιτῶν] *Lugd. Bat.* Γαυρανίτων.

o Κληρονόμος,] Philippus hic appellatur κληρονόμος, & Antipas Tetrarcha. Non satis accurate. ipse enim Philippum in Antiq. nuncupat Tetrarcham quoque, nec hic addit, cujus id regionis Antipas fuerit. REL.

p Σεσημασμένας.] Obsignatasque *Oxon.* SPANH.

q Εὐθὺς] Delet *Rost.*

r Περιιόντες,] Ita *Busb.* προιόντες in *cæteris*, in *Lugd. Bat.* προϊόντες.

s Συμπομπεύσοντα] *Rost.* Συμπομπεύοντα.

t Στρωμνὴ δὲ] Herodis Pompa funebris ἀρχ. l. 17. c. 8. §. 3. ubi ἀλωργὴς, & στρωμνὴ *MS. Ox.* SPANH.

v Ἀλουργὶς] Melius ἀλωργῆς, sicut lib. 17. c. 8. §. 3.

x Σκῆπτρον] *Rost.* Σκῆπτρον.

y Ὡπλισμένοι] Ὡπλισμένοις *Voss.* (seu *Lugd. Bat.* non male) ὡπλισμένῃ *Bod.*

z Στάδιους] CC. stadia vid. Not. *Oxon.* ἀρχ. lib. 17. c. 8. §. 3. ἦγεσαν δὲ ἐπὶ Ηρωδίου στάδια ὀκτώ. *Rufin.* processit Herodeum usque per octo stadia i. e. agmen per octo stadia comitatum est *Euseb.* Hist. lib. 1. c. 8. p. 25. C. citat hæc de morte Herodis, tanquam è 2. lib. Hist. *Bell. Jud.* καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν ἱστοριῶν τὰ παραπλήσια περὶ τοῦ αὐτοῦ παραδίδωσιν, &c. Obstant tamen Græci Josephi Codices & Josephus Procœmio ἄλως. Vid. *Not. Oxon.* SPANH.

a Στάδιος——Ηρῴδιον,] Cum duo fuerint Herodia, non memini *Josephum* indicare, in utro sepultus sit Herodes: quanquam nemo, opinor, dubitabit quin in eo condi voluerit, quod immensis sumptibus exstructum memoriæ suæ consecrasset. Erat hoc Herodium sexagesimo ab Urbe stadio in via Massadam ducente, *Belli* I. 13. 9': unde recte videntur Hierichuntem inter & Herodium 200 stadia numerari; siquidem Hierosolymis aberat Hierichus 150 stad. *Belli Jud.* lib. 5. Jam non video cur *Josephus* secum committatur propter id quod legitur *Antt.* lib. 17. c. 8. §. 3. Neque enim ibi dicit κομισθῆναι τὸ σῶμα ἐπὶ στάδια ὀκτώ, sed ἦσαν δὲ inquit ἐπὶ Ηρωδίου στάδια ὀκτώ. cujus simplicissima interpretatio est, *ibant autem versus Herodium octo stadia*; h. e. agmen, cujus proxima mentio, cadaver per octo stadia comitatum est; qualis mos in funeribus, apud nos etiamnum obtinet. Neque porro dicitur, ἦσαν δὲ εἰς Ηρῴδιον ἐπὶ στάδια ὀκτώ, sed ἐπὶ Ηρωδίου στάδια ὀκτώ, ut si minus probabilis illorum sententia, qui diebus singulis octo stadia volunt

ἐκομίσθη τὸ σῶμα ἀχθησόμενος εἰς Ηρώδειον, ὅπου καὶ τὰς ἐνιόλας ἐτάφη. [b] καὶ τὰ μὲν περὶ Ηρώδην τοιοῦτον ἔσχε πέρας.

erat in Herodium, ubi, prout fuerat mandatum, ſepultum erat. Et quæ ad Herodem quidem ſpectant hujuſmodi finem habebant.

lunt eſſe confecta; etſi talis conſtructio propoſitionis ἐπὶ non careat exemplis. Quare non repudianda penitus eſt hæc interpretatio: ſed videtur emendari poſſe, ſi dicamus agmen dum Herodium iret, octavo quoque ſtadio ſubſtitiſſe ad defunctum regem complorandum. Hujuſmodi moris antiquiſſima exſtant veſtigia in *Gen.* c. L. ALDR. *Ηρώδιον Lugd. Bat.*

[b] Καὶ τὰ μὲν περὶ Ηρώδου] In codicibus omnibus quos conferre licuit, hactenus producitur, & hic deſinit, *Hiſtoriarum* ſive *de Bello Judaico* liber primus; quanquam ea quæ præcedunt §. 5. hujus capitis, de morbo atque exitu Herodis, velut ex ſecundo volumine, laudaverit Euſebius *Hiſtor.* I. 8. Euſebii codices depravatos eſſe negat Valeſius; eamque quæ nunc obtinet partitionem hujus operis non Joſephi, ſed Rufini eſſe contendit. Verum obeſt illius ſententiæ Græcorum quoque codicum cum Latinis hac in re conſenſio, qui tamen diſcrepant in quinto, ſexto, ſeptimoque volumine, quæ Rufinus pro ſuo libitu diſtinxit. Videtur etiam Joſephus *in Proœmio* clariſſime indicare, ſe ſecundum librum inchoaſſe à ſeditione contra Archelaum mota. Vide *Proœmium* §. 7, 8. ALDR. *Euſeb.* Hiſt. Eccl. lib. 1. c. 8. p. 26. D. καὶ τοῦτο μὲν τὸ πέρας τοῦ Ηρώδου γένους τελεῖται. SPANH.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΥΤΕΡΩ ΛΟΓΩ,

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO SECUNDO HISTORIARUM EXCIDII JUDAICI HÆC CONTINENTUR.

α'. Ὅπως Αρχέλαος, πενθήσας τὸν πατέρα καὶ τὸ πλῆθος ἑστιάσας, ἐθεράπευσεν ἐφ' οἷς ἠτοῦντο.

β'. Ὅπως οὐκ ὀλίγους τῶν πενθούντων τοὺς ἀφ' αἑτὸν ὑπὸ τοῦ Ηρώδου ἀποκταθέντας σοφιστὰς, καὶ φάσιν κατ' αὐτοῦ ἐγειρόντων, ἀπέκτεινε καὶ μάλιστα τῶν συνελθόντων ἐν τῷ Πάσχα.

γ'. Ὅπως, ἀπερχομένου Αρχελάου εἰς Ρώμην, Σαβῖνος ἀνὴρ εἰς Ιεροσόλυμα ὑπήντα, καὶ τότε μὲν, προκληθεὶς ὑπὸ Ουάρου, ἀπεστράφη. ἔπειτα ἀπελθόντος Αρχελάου πάλιν ἀνελθὼν, τότε βασίλεια προκαταλαμβάνειν ἐπειρᾶτο, καὶ τὰ χρήματα πάντα νομίζεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐδυνήθη.

δ'. Ὅπως Αντίπας ἠμφισβήτησε τὴν βασιλείας τῷ Αρχελάῳ, καὶ ἃ ἑκάτερος εἶπεν ἑαυτῷ συνιστάμενος.

ε'. Ὅπως Σαβῖνος ἐπελθὼν Ιεροσολύμοις, καὶ [a] βιάζομένου τε τὰς φόρους λαμβάνειν, καὶ τὰ βασιλικὰ χρήματα διερευνῶντος, συνεγράφετο τὸ πλῆθος πόλεμον κατ' αὐτοῦ συνεστήσατο, ἐν ᾧ τούτῳ καὶ ἡ πᾶσα χώρα ἐστασιάσθη.

ϛ'. Περὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ιουδαίων ἐπαναστάντων, καὶ σχῆμα βασιλείας αὐτοῖς περιθεμένων.

ζ'. Ὅπως Ουάρος ἐπελθὼν, τούς τε στάσιν καταπαύσειν, καὶ τοὺς αἰτίους ἐκόλασεν.

η'. Ὅπως Ιουδαῖοι προσαγαγόντες πρὸς Καίσαρα κατηγόρησαν Ηρώδου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων, ἀξιοῦντες μηκέτι βασιλεύεσθαι· καὶ ὡς Αρχέλαος ἀντέθηκε τὰς αἰτίας διασκευαζόμενος.

1. *QUomodo Archelaus, cum patrem luxiſſet & populum convivio excepiſſet, in iis quæ poſtulabant illis gratificatus eſt.*

2. *Quomodo multos ex illis, qui ſophiſtas, ob aquilam revulſam occiſos ab Herode, lugebant, & ſeditionem contra ipſum movebant, interfecit, præſertimque eos qui Paſchatis tempore convenerant.*

3. *Quomodo Sabinus, Archelao Romam abeunte, cum Hieroſolyma aſcenderet, ei in via occurrebat, & tunc quidem hortatu Vari reverſus eſt. deinde, cum Varus abiiſſet, rurſus illic aſcendens, & regias occupare ſtudebat, & pecuniam omnem auferre, licet fruſtra id tentavit.*

4. *Quomodo Antipas cum Archelao de regno contenderit, quaque uterque in ſui defenſione diceret.*

5. *Quomodo, poſtquam Hieroſolyma veniſſet Sabinus, vimque adhiberet ad tributa capienda, & regias pecunias exquireret, populus factis agminibus bellum in eum concitavit, atque inde per totam Judæam orta eſt ſeditio.*

6. *De iis qui in Judæa inſurrectionem fecerant, & regni inſigne ſibimet impoſuerunt.*

7. *Quomodo Varus, poſtquam eò veniſſet, & ſeditionem compoſuit, & in ejus auctores animadvertit.*

8. *Quomodo Judæi, cum ad Cæſarem perveniſſent, Herodem ejuſque filios accuſarunt, poſtulantes ut non amplius regibus ſubjiciantur: & quomodo Archelaus ſemet eis oppoſuit & accuſationes diluit.*

9. *Quo-*

[a] βιαζομένου] Mallem ſane, βιαζομένου τοὺς φόρους παραδιδόναι τοῖς ἄρχουσι, ut infra apud *Joſephum*; ubi hæc de re agit:

[b] τῶ

9. *Quomodo Cæsar, cum regni quidem dimidium Archelao dedisset, ethnarcham eum appellavit, reliquum vero in duas tetrarchias divisisset, unam quidem Philippo, alteram vero Antipatro, qui & Antipas & Herodes vocabatur, donavit: & quantus erat uniuscujusque reditus; & quænam cæteris ex Herodis stirpe distribuit.*

10. *De eo qui sese pro Alexandro gessit, & quomodo patefactus est.*

11. *Quomodo Archelaus, nono anno, & regno & facultatibus privatus, perpetuo exsilio multatur, & quænam somnia ipse & uxor somniarunt; & quomodo ejus principatus, in provinciæ formam redactus, procuratorem accepit.*

12. *De Juda Galilæo qui populares suos ad defectionem impellebat; & de tribus Judæorum sectis, Sadducæis, Pharisæis, & Essenis.*

13. *Obitus Salomes sororis Herodis & Augusti Cæsaris, Tiberii imperatoris inauguratio; & quales urbes condiderunt Herodes & Philippus tetrarchæ.*

14. *Quomodo Pilatus, ad Judæam procurandam missus, cum Cæsaris effigies in Hierosolyma intulisset, à populo multis precibus interpellatus rursus eas educebat: & quomodo sacrum thesaurum, scilicet Corbonam, ad aquam in urbem derivandam consumens, populum ad seditionem concitavit, & aliquam multos occidit.*

15. *Quomodo Agrippa, filius Aristobuli una cum fratre à patre occisi, ad Tiberium veniens Herodem accusaturus, ab eo non solum repulsam tulit, sed & in vincula conjectus est & male habitus, quod precatus esset ut Cajus regnaret.*

16. *Quomodo, mortuo Tiberio & Cajo imperium adepto, vinculis solvitur, & Philippi jam mortui tetrarchiam obtinet; deinde illam Herodis ejus fratris, relegati eum uxore Herodiade in Hispaniam, & ob avaritiam & quod ab Agrippa fuerat accusatus,*

17. *Quomodo Cajus in Judæam misit Petronium, ut ejus imagines in fano dedicaret, utque Judæi fere universi ei usque ad Ptolemaïdem obviam processerunt, ut istud non faceret obsecrantes: ubi & Ptolemaïdis descriptio, & Belei fluvii, & Memnonis sepulchri, & arenarum vitrearum. & quomodo Petronius eò adductus est ut desisteret ab imaginum dedicatione.*

18. *Quomodo, Cajo mortuo, rerum potitur Claudius, senatu ipsi reconciliato ab Agrippæ consilio: & quomodo Claudius protinus eum donat regno paterno universo, cum aliorum quorundam accessione; insuper & fratrem, qui & gener ei erat filia Berenicæ junctus, regno Chalcidis.*

19. *Quomodo Agrippa, cum Hierosolyma muris circumdare cœpisset, moritur; & regnum iterum fit provincia, misso in illud procuratore: deinde & Herodes, Chalcidis rex, moritur, & Claudius Agrippam ex fratre nepotem Agrippæ filium, in ejus regno constituit. quodque illi quidem erant ex Aristobulo, Alexandri autem posteri in Armenia majori regnaverunt.*

θ'. Οπως Καῖσαρ τὸ μὲν ἥμισυ τ βασιλείας Αρχελάῳ δὺς, ἐθνάρχην προσεῖπεν, τὸ δ λοιπὸν εἰς δύο διελὼν τετραρχίας, τ μὲν Φιλίππῳ, τ δ Αντιπάτρῳ, τῷ κ Αντίπᾳ κ Ηρώδῃ, δέδωκε, κ ὅση ἑκάτῳ πρόσοδος γέγονε, κ τίνα κ τῇ λοιπῇ [b] τ Ηρώδε γενεᾷ Καῖσαρ ἀπένειμεν.

ι'. Περὶ τ ψευσαμένε ἑαυτὸν Αλέξανδρον εἶναι, κ ὅπως ἀνεγνωρίσθη.

ια'. Οπως Αρχέλαος, ἐννάτῳ ἔτει τ βασιλείας κ τ ὑσίας ἀφαιρεθείς, ἀϊδίῳ φυγῇ ζημιῶται, οἵῳς τε ὀνείρως αὐτὸς κ ἡ γυνὴ εἶδον· κ ὅπως ἡ αὐτᾶ ἀρχὴ, εἰς ἐπαρχίαν μεταχαφεῖσα, ἐπίτροπον ἐδέξατο.

ιβ'. Περὶ τ Γαλιλαίε Ιούδα τ τὰς ἐπιχωρίους εἰς ἀπόστασιν ἐνάγοντος, κ τ τριῶν παρὰ Ιουδαίοις αἱρέσεων, Σαδδυκαίων, Φαρισαίων, κ Εσσηνῶν.

ιγ'. Θάνατος Σαλώμης τ ἀδελφῆς Ηρώδε κ Αὐγούστε Καίσαρος, κ Τιβερίε ἀναγόρευσις, κ ποίας πόλεις ἔκτισαν Ηρώδης τε κ Φίλιππος οἱ τετράρχαι.

ιδ'. Οπως Πίλατος, ἐπίτροπος πεμφθεὶς Ιουδαίας, κ τὰς Καίσαρος εἰκόνας εἰσαγαγὼν εἰς Ιεροσόλυμα, παρακληθείς τε ὑπὸ τ πλήθους αὖθις αὐτὰς ἐξήγαγεν. κ ὅπως πάλιν τ ἱερὸν θησαυρὸν, ἤτοι τ Κορβωνᾶν, [c] πρὸς καταγωγὴν ὑδάτων [d] ἐξαναλίσκων, εἰς στάσιν αὐτὸς ἤρεθισε, κ ὀλίγους ἀπέκλεινεν.

ιε'. Οπως κατήγορος Ηρώδε πρὸς Τιβέριον Αγρίππας, ὁ Αριστοβούλε, τ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τ πατρὸς σὺν τἀδελφῷ, παῖς ἀφικόμενος, ὑ προσεδέχθη, ἐδέθη δ μᾶλλον κ προσηκίσθη, διὰ τὸ ἐπεύξασθαι Γαΐῳ τ βασιλείαν.

ιϛ'. Οπως, ἀποθανόντος Τιβερίε κ Γαΐε κρατήσαντος, τ τε δεσμῶν ἀπολύει, κ τ Φιλίππε τετραρχίαν ἀποθανόντος ἤδη λαμβάνει. ἔπειτα κ τ ἀδελφᾶ ἐκείνε Ηρώδε, φυγαδευθέντος μετὰ τ γυναικὸς Ηρωδιάδος εἰς Ισπανίαν, διά τε τ πλεονεξίαν, κ τὸ καλεγορηθῆναι ὑπὸ Αγρίππα.

ιζ'. Οπως Γάϊος Πετρώνιον ἀπέστειλεν ἀναθεῖναι τὰς αὐτᾶ εἰκόνας ἐν τῷ ναῷ, καὶ ὡς Ιουδαῖοι [e] παγγενῆ ἐν Πτολεμαΐδι αὐτῷ προϋπήντησαν, δεόμενοι μὴ τᾶτο ποιῆσαι· ἐν ᾧ καὶ Πτολεμαΐδος ἔκφρασις καὶ [f] Βηλέε ποταμᾶ, καὶ τ Μέμνονος τάφε, καὶ τ ὑαλινῆς ψάμμε. κ ὅπως πεισθεὶς Πετρώνιος ἀνῆκεν τ τ εἰκόνων ἀνάθεσιν.

ιη'. Οπως ἀποθανόντος Γαΐε Κλαύδιος ἐκράτησεν ὅλων, Αγρίππα συμβουλῇ διαλλαγείσης τ συγκλήτε πρὸς αὐτόν· κ ὅπως Κλαύδιος δωρεῖται αὐτὸν τῇ πατρῴᾳ βασιλείᾳ πάσῃ, ἔτι δ καὶ ἑτέρων προσθήκῃ, ἀλλὰ καὶ τ ἀδελφὸν, τ καὶ ὁπὶ θυγατρὶ τῇ Βερνίκῃ [g] γαμβρὸν, βασιλείᾳ τ Χαλκίδος.

ιθ'. Οπως ἐξάμηνος [h] Αγρίππας τειχίζειν Ιεροσόλυμα τελευτᾷ, καὶ ἡ βασιλεία πάλιν ἐπαρχία γίνεται, καὶ ἐπίτροπος ἀποστέλλεται. ἔπειτα καὶ Ηρώδης ὁ τ Χαλκίδος βασιλεύων τελευτᾷ καὶ καθίστησιν εἰς τ αὐτᾶ βασιλείαν Κλαύδιος τ ἀδελφιδᾶν Αγρίππαν, τ δ Αγρίππα υἱὸν καὶ ὅτι [i] οὗτοι μὲν ἦσαν Αριστοβούλε, ἡ δ Αλεξάνδρε γενεὰ τ μεγάλης Αρμενίας ἐβασίλευσεν.

κ'. Οπως

[b] Τᾷ Ηρώδε] Illa τ Ηρώδε inserta dedi ex *MS. Gall.*
[c] Πρὸς καταγωγὴν] Εἰς καταγωγὴν in *MS. Gall.*
[d] Ἐξαναλίσκων,] Καταναλίσκων *MS. Gall.*
[e] Παγγενῆ] Παγγενεῖ in *MS. Gall.*
[f] Βηλέε ποταμᾶ,] Ex ipso *Josepho* scribo Βαλέε, antea erat Βιλλαίε in *Editis*, & Βηλλαίε in *MS.*
[g] Γαμβρὸν,] Vocem γαμβρὸν addidi è *MS.*
[h] Αγρίππας] Ita in *MS.* Ηρώδης in *Editis.*
[i] Οὗτοι μὲν ἦσαν] In *MS.* οἱοὶ pro ὅτι.

κ'. Οπως ὁ πιτρόπυ Κυμάνυ ἐν τῇ ἄλλῃ ἐπαρχία γαλέπης, θόρυβος καὶ φθορὰ τ πόλιν καλέσχεν, τ δέχην ἐκ τ γαλιώτυ ἀσχημοσύνης λαβοῦσα, καὶ περὶ μυρίυς ἀπέθανον. καὶ ὡς τύτυ παυθέντος ἑτέρα στάσις γίνεται πάλιν, ἀφ' τὸ πυρίκαυστον ποιῆσαι τ νόμον τινὰ στραλιώτην ἐν Σαμαρείᾳ.

κα'. Οπως ἀφ' τ ἀναιρεθέντα Γαλιλαίων ὑπὸ τ ἐν Σαμαρείᾳ Ιυδαίων, πολὺς πάλιν πόλεμος γέγονεν, καὶ οἷα ἐδίκασε Κλαύδιος περὶ τ αὐτῶν· καὶ ὅπως ἐκ τ Χαλκίδος εἰς μείζονα βασιλείαν μετέθηκε Κλαύδιος τ Αγρίππαν.

κβ'. Οπως τελευτήσαντος Κλαυδίυ Νέρων κρατεῖ, καὶ δίδωσι μὲν βασιλεύειν τ μικρὰν Αρμενίαν τῷ Ηρῴδυ Αριστοβύλῳ, [k] τῷ δὲ Αγρίππᾳ προστίθησι τέτταρας πόλεις σὺν ταῖς τοπαρχίαις· εἰς δὲ τ λοιπὴν Ιυδαίαν ἐπίτροπον ἀποστέλλει Φήλικα, ὃς ἄλλυς τε πολλοὺς κρατήσας ἀνεστάυρωσεν, καὶ τ δεχιληστὴν Ελεάζαρον, εἴκοσιν ἔτεσι τ χώραν δῃώντα, [l] ζωγρήσας ἀνέπεμψεν εἰς Ρώμην.

κγ'. Περὶ τ καλυμμώων Σικαρίων, ἔτι δὲ καὶ τ ἀπατησάντων ψευδοπροφητῶν, καὶ τ Αἰγυπτίυ, καὶ τ ἀναπεισάντων μὴ ὑπακοῦσαι Ρωμαίοις, καὶ περὶ τ γενομένης ἐν Καισαρείᾳ μεταξὺ Ιυδαίων καὶ Ελλήνων στάσεως περὶ τ πόλεως· καὶ ὅπως ἀφίκοντο πρὸς Νέρωνα ἐξ ἑκατέρυ μέρυς, δικασόμενοι περὶ αὐτῆς.

κδ'. Περὶ τ ἐπιτρόπυ Αλβίνυ τ μετ' Φῆστον, ὅτι τ τρόπον κακοήθης ἦν, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Φλῶρος πολὺ χείρων φανεὶς ἀγαθώτατον ἐκεῖνον ἀπέδειξεν.

κε'. Οπως καὶ οἱ Καισαρέων Ελληνες ἐνίκησαν πρὸς Νέρωνι τ πόλεως ἄρχειν, καὶ ὁ Ιυδαϊκὸς πόλεμος τ δεχὴν ἔλαβεν, ἀφ' τε τ τ Καισαρέως ἐν τῇ γάστρᾳ τ ὀρνέων θυσίαν, καὶ ἀφ' τὸ ἐκ τ ἱερῶ θησαυρῶ ἑπταικαίδεκα τάλαντα τ Φλώρυ λαβεῖν.

κς'. Περὶ Βερνίκης τ ἀδελφῆς Αγρίππα, οἷά τε πέπονθεν.

κζ'. Οπως σβεσθείσης τ στάσεως πάλιν ὁ Φλῶρος ἀνῆψεν αὐτὴν, τῷ προαγγεῖλαι μὲν τοῖς Ιυδαίοις ὑπαντῆσαι τοῖς στρατιώταις καὶ ἀσπάσασθαι, ἀντιπαραγγεῖλαι δὲ τοῖς στρατιώταις μὴ ἀντασπάσασθαι, καὶ εἴ τι τολμήσαιεν εἰπεῖν χρῆσθαι κατ' αὐτων τοῖς ὅπλοις.

κη'. Οπως ἐξελθὼν τ πόλεως Φλῶρος Κεστίῳ ἔγραψεν ὡς Ιυδαῖοι ἀπέστησαν, ὁ δὲ [m] Νεαπολίτανον χιλίαρχον ἔπεμψεν μαθησόμενον τὰ κατ' αὐτύς· καὶ ὡς αὐτὸς, σὺν Αγρίππᾳ εἰσελθὼν εἰς τ πόλιν, εὗρεν εἰρηνεύυσαν μὲν πρὸς Ρωμαίυς, κατάδουσαν δὲ τ Φλώρυ· καὶ ὁ μὲν ὑποστρέφει πρὸς τ πέμψαντα, ὁ δὲ βασιλεὺς συμβουλεύει περὶ εἰρήνης τῷ ἔθνει [n] θαυμασιωτάτην συμβουλήν.

κθ'. Οπως, τ Αγρίππα καταπαύσαντος τ στάσιν, ἔπειτα πειρωμένυ καὶ πρὸς τ Φλῶρον καταλλάσσειν αὐτύς, θυμωθέντες αὐτόν τε τ πόλεως ἐξεκήρυξαν, καὶ τὸ φρύριον Μασάδαν [o] ἐχυρώσαντο, τυς ἐν αὐτῷ Ρωμαίυς κατασφάξαντες.

λ'. Οπως, Ελεαζάρυ υἱῦ Ανανίυ τ δεχιερέως στρατηγῦντος, τὰς ὑπὲρ τ Καίσαρος θυσίας ἀπέρριψαν, καὶ μᾶλλον ἀνήφθη ὁ πόλεμος.

λα'. Οπως οἱ δυνατοὶ, πρεσβεύσαντες πρὸς Αγρίππαν,

20. *Quomodo Cumano ad alteram provinciam procurandam misso, tumultus & cædes in urbe facta est, orta ex eo quod indecore se gesserit miles; & circiter decies mille perierunt. utque sedato hoc tumultu, iterum alia oritur seditio, eo quod miles quidem in Samaria legem igne cremaverit.*

21. *Quomodo, propter Galilæum à Judæis Samaritanis occisum, grave rursus ortum est bellum, & quale de istis judicium tulit Claudius; & quomodo de Chalcide in regnum majus Agrippam transtulit Claudius.*

22. *Quomodo, Claudio vita defuncto, Nero imperat, & Armeniam quidem minorem regnandam dedit Aristobulo Herodis filio, Agrippæ vero adjicit quatuor urbes * cum toparchiis illarum: in reliquam autem Judæam procuratorem mittit Felicem, qui & comprehensos in crucem sustulit, & latronum principem Eleazarum, per annos viginti regionem populantem, vivum captum Romam misit.*

23. *De iis qui Sicarii appellati erant, ut & de pseudoprophetis qui multos deceperant, & de Ægyptio quodam, illisque qui populo persuadebant, ne se Romanis subjicerent; & de seditione Cæsareæ inter Judæos & Græcos de jure civitatis orta; & ut quidam ex utraque parte ad Neronem se conferebant ea de re disceptaturi.*

24. *De Albino procuratore post Festum, quod maligno fuerit ingenio; quodque Florus ejus successor, eo multo pejor visus, fecerit ut ille pro optimo haberetur.*

25. *Quomodo Græci Cæsareenses à Nerone obtinuerunt ut civitatis imperium haberent; ortumque est bellum Judaïcum, partim ex Cæsareensi quodam in vase Samio avibus sacra faciente, partim ex eo quod Florus septemdecim talenta è sacro thesauro abstulerit.*

26. *De Berenice sorore Agrippæ, & quænam passa est,*

27. *Quomodo Florus seditionem exstinctam resuscitavit, Judæis quidem imperando ut militibus obviam irent eosque salutarent, contra vero militibus suis præcipiendo ut non resalutarent Judæos, & si quid petulanter isti loqui auderent, statim in eos armis uterentur.*

28. *Quomodo Florus, urbe egressus, Cestio scripsit de Judæorum defectione; atque ille tribunum Neapolitanum misit, quænam apud ipsos facta essent cogniturum: utque is, cum Agrippa in urbem ingressus, invenit eam pacem cum Romanis colentem, Florumque clamoribus insectantem: atque ille quidem revertitur ad eum qui ipsum miserat, rex vero genti consilium dat de pace admiratione dignissimum.*

29. *Quomodo seditione ab Agrippa sedata, cum mox tentaret Judæos Floro reconciliare, illi, ira incensi, & ipsi voce præconis ut urbe exiret denunciarunt, & Massadam castellum, Romanis qui in eo erant occisis, munierunt.*

30. *Quomodo, Eleazaro Ananiæ pontificis filio exercitum ducente, sacra pro Cæsare fieri solita rejecerunt, atque inde magis accenditur bellum.*

31. *Quomodo primores, missa ad Agrippam legatione,*

k Τῷ δὲ Αγρίππᾳ] Τῇ δὲ Αγρίππα in *MS. Vat.* quod sane rectum, si subintelligatur, vel potius adjiciatur βασιλείᾳ.

l Ζωγρήσας ἀνέπεμψεν] Quæ sequuntur adjecta esse volui ex *Josepho*, qui duobus in locis disertim dicit Eleazarum vivum captum fuisse Romamque missum.

m Νεαπολίτανον] Πολίτιανον in *MS. Gall.* & apud *Josephum* juxta *Rufini* codicem.

n Θαυμασιωτάτην συμβουλήν] *Vat.* Θαυμασιώτατον σύμβολον.

o Εχυρώσαντο,] *Vat.* Εχιρώσαντο.

* *Al.* cum agris ad eas pertinentibus.

gatione, ab ipso acceperunt milites, quibus usi sunt contra Eleazarum & qui ab ipso stabant seditiosos: ubi de festo Ligniferii agitur, & de Sicariis.

32. *Quomodo Manahemus filius Judæ Galilæi, qui contra Quirinum seditionem moverat, insurgebat contra Eleazarum: & quonam facto periit, & ipse, & qui cum eo erant, & regii omnes qui Eleazaro favebant.*

33. *Quomodo, postquam Cæsareenses Judæos apud ipsos omnes interfecissent, gens universa Judæorum insurgebat, & multa horrenda & facinoribus tragicis plena in Syros illisque finitimos ediderunt.*

34. *Quomodo & Scythopolitæ Judæos qui apud ipsos erant, licet auxiliarios suos, occiderunt: ubi narratio de Simone, qui & semet familiamque suam interfecit, atque ut passim Judæi à Græcis cæsi erant.*

35. *De illis qui Judæis apud ipsos degentibus parcebant, & de Judeis in regno Agrippæ præter illius sententiam trucidatis.*

36. *Quomodo & alii Judæos qui apud ipsos erant, interemerunt, nemini parcentes; & Alexandrini millia quinquaginta mactarunt.*

37. *Quæ Cestius, Antiochiâ profectus in Hierosolyma gessit, & quot urbes cepit, & quot homines peremit: & quomodo Judæi, cum ad urbem appropinquaret, impetu in eum facto multos quidem occiderunt; postea vero superati, in urbem se receperunt. & quomodo Simon Gioræ filius, cum illis conflictatus, multos necavit.*

38. *Quomodo factum est ut Agrippa, legatione pro pace suscepta, nihil profecerit, seditiosis ipsi adversantibus.*

39. *Quomodo Cestius, ex improviso eos adortus, in urbem interiorem & fanum impressionem fecit. & quomodo, cum urbem capere potuisset, retrocessit, utpote quod Florus pecunia eò adduxisset castrorum præfectum & equitum magistros, ut ei id ipsi persuaderent: utque rursus oppugnationem aggressus brevi recessit.*

40. *Quomodo Cestius temere castra movit ab urbe, & quænam dum revertitur à Judæis passus est.*

41. *Quomodo Damasceni Judæos apud ipsos degentes interfecerunt, & Judæi à persequendo Cestio reversi quæ ad urbem spectabant præparârunt, & alios crearunt duces, interque eos hunc ipsum scriptorem.*

42. *De Josepho, quomodo illa quæ ejus gubernationis erant ordinavit.*

43. *De Joanne, qui postea pro tyranno se gessit: & quænam in Josephum machinatus est.*

44. *Quomodo se res Hierosolymorum habebant sub Anani administratione: & quænam in Acrabatena à Simone Gioræ filio gesta erant.*

ἔλαβον παρ' αὐτῆ στρατιώτας, οἷς ἐχρήσαντο [p] κατὰ Ἐλεαζάρῳ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ [q] στασιαστῶν ἐν ᾧ καὶ περὶ τὴν Ξυλοφορίων ἑορτήν, καὶ περὶ τὸν Σικαρίων.

λϛ'. Ὅπως Μανάιμος υἱὸς Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου, τοῦ ὀπὶ Κυρηνίου στασιάσαντος, ἐπανέστη τῷ Ἐλεαζάρῳ καὶ ὅ, τι ποιήσας ἀπώλετο, αὐτός τε καὶ οἱ μεθ' αὐτῆ καὶ πάντες οἱ βασιλικοὶ περὶ τὸν Ἐλεαζάρῳ.

λγ'. Ὅπως, Καισαρέων τὰς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους ἀφῃρημένων, ἐπανέστη τὸ Ἰουδαϊκὸν ἅπαν, καὶ πολλὰ δεινὰ καὶ τραγῳδίας μετὰ τοῦς τε Σύροις καὶ τοῖς [r] προσχώροις ἐνεδείξατο.

λδ'. Ὅτι καὶ Σκυθοπολῖται, καί τοι συμμαχήσαντας αὐτοῖς, τὰς παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίους ἀπέκτειναν. ἐν ᾧ καὶ τὸ περὶ Σίμωνος διήγημα τοῦ ἑαυτόν τε καὶ τὴν γενεὰν ἀφῃρημένου, καὶ ὅπως πανταχοῦ Ἰουδαῖοι παρὰ τῶν Ἑλλήνων καλειργάζοντο.

λε'. Περὶ τῶν φεισαμένων τῶν παρ' αὐτοῖς μεμοιχευόντων Ἰουδαίων, καὶ περὶ τῶν φονευθέντων ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀγρίππα παρὰ γνώμην αὐτοῦ.

λϛ'. Ὅπως οἵ τε ἄλλοι τοὺς παρ' αὐτοῖς ἀφειδῶς ἀπέκτειναν, καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς πέντε μυριάδας [s] διεχρήσαντο.

λζ'. Ὅσα Κέστιος ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπραξεν, καὶ ὅσας πόλεις εἷλεν, καὶ ὅσους ἀπέκτεινεν· καὶ ὅπως πλησιάζοντος τῇ πόλει ἐπεξελθόντες Ἰουδαῖοι πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, ἔπειτα δὲ ἡττηθέντες εἰς τὴν πόλιν ἀνέστρεψαν. καὶ ὅπως ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων, συμπλακεὶς αὐτοῖς, πολλοὺς ἀπέκτεινεν.

λη'. Ὅπως πρεσβευσάμενος Ἀγρίππας περὶ εἰρήνης οὐδὲν ἤνυσε, τῶν στασιαστῶν ἀναπεισθέντων.

λθ' Ὅπως Κέστιος, ἐξαίφνης ὀπισθεν αὐτοῖς, εἰς τε τὴν ἐνδοτέραν πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν εἰσήλασε. καὶ ὡς, δυνάμενος καὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, ἀπεστράφη, τοῦ Φλώρου χρήμασι τόν τε στρατοπεδάρχην καὶ τοὺς ἱππάρχους πείσαντος μεταπεῖσαι αὐτόν. καὶ ὡς αὖθις ὀπιχειρήσας σωτόμως ἀνεχώρησεν.

μ'. Ὅπως Κέστιος ἀπροφασίστως τὴν πόλεως ἀνέζευξε, καὶ οἷα κατὰ τὴν ὑποστροφὴν πρὸς τῶν Ἰουδαίων ἔπαθεν.

μα'. Ὅπως Δαμασκηνοὶ τοὺς παρ' [t] ἑαυτοῖς [v] Ἰουδαίους ἀνεῖλον, καὶ ὑποστρέψαντες Ἰουδαῖοι τότε κατὰ τὴν πόλιν παρεσκευάσαντο, καὶ στρατηγοὺς προεβάλλοντο [x] ἄλλους, καὶ αὐτὸν τὸν συγγραφέα.

μβ'. Περὶ Ἰωσήπου, ὅπως τὰ κατὰ τὴν στρατηγίαν διῴκησεν.

μγ'. Περὶ Ἰωάννου, τοῦ ὕστερον τυραννήσαντος· καὶ ὅσα εἰς τὸν Ἰώσηπον διεπράξατο.

[m] Προσβοχολεῖν πολέμους.] Προσασχολεῖν *Bod. Roſt.* & *Voſſ.*
[n] Παραργήσασαν τὴν τύχην,] Καλλιεργήσασαν *Big.*
[o] Τὴν Ἰταλίαν] Τὴν deeſt *Big.*
[p] Ὀργήν.] Ὁρμὴν *Big.*

* Amplioribus tamen copiis fretus, propius accedebat, *Ruſ.*

nuncium de Vitellio excipiunt.

cum indignatione vociferabantur, „ Quid eſt quod „ milites Romæ conſtituti, & in deliciis agentes, „ quique ne famam quidem belli audire ſuſtinent, „ imperium pro lubitu deſignarent, & ſpe quæ„ ſtus imperatores crearent; ipſi vero poſt tot la„ bores exactos, & ſub galeas ſeneſcentes, aliis „ condonarent poteſtatem, idque cum apud ſe di„ gniorem habeant qui imperet. quam juſtiorem „ unquam ipſius in eos benevolentiæ gratiam refe„ rent, ſi hanc quæ nunc penes ipſos eſſe omiſe„ rint? Tanto autem Veſpaſianum quam Vitellium „ imperare juſtius eſt, quanto illis, qui eum decla„ rarunt, ipſi præſtant. non enim ſe minora per„ tuliſſe bella, quam qui in Germania *militarunt*; „ neque illis, qui tyrannum inde deducunt, in „ armis deteriores eſſe. Nihil autem opus fore di„ micatione. non enim Senatum, populumve Ro„ manum libidines Vitellii, vice pudicitiæ Veſpa„ ſiani, laturos eſſe; neque pro bono imperatore „ tyrannum crudeliſſimum, aut liberis carentem „ pro patre præſidem electuros. etenim maxime ad „ pacis ſecuritatem facere, veram in regnantibus „ præſtantiam. Ergo ſive ſenectutis experientiæ „ debeatur imperium, habere ſe Veſpaſianum, ſive „ adoleſcentiæ viribus, Titum; ex amborum enim „ ætate quod ſit commodum decerpturos. ipſos „ vero non ſolum vires iis tunc ſuppeditaturos eſſe, „ quos declaraverint, ut qui tres legiones regum„ que habeant auxilia; ſed & ad ipſorum ſocieta„ tatem perducturos eſſe omnia quæ ad orientem „ & quicquid Europæ extra metum Vitellii con„ ſtitutum eſt, atque inſuper qui in Italia ſeſe „ eis adjungerent, Veſpaſiani fratrem aliumque „ filium, quorum alterum quidem multos ju„ venes dignitate præſtantes ſociatum ire, alteri „ vero etiam urbis commiſſam eſſe cuſtodiam; „ id quod magni momenti eſt ad imperium ca„ peſſendum. In ſumma ſi ipſi moras necterent, „ Senatum fortaſſe eum creaturum *imperatorem*, „ quem *imperii* conſervatores milites dehoneſta„ runt.

Milites Veſpaſianum ſalutant imperatorem.

4. Hujuſmodi verba in circulis inter ſe facie- bant milites: deinde congregati ſeque invicem adhortati, Veſpaſianum declarant imperatorem, eumque obſecrabant ut imperium in periculo conſtitutum ſervaret. Illi autem olim quidem curæ erat rerum ſumma, cæterum de imperio minime cogitaverat; factis quidem ſuis *præclaris* ſemet dignum *qui imperet* exiſtimans, privatæ vero vitæ ſecuritatem præferens clarioris fortunæ periculis, Refraganti autem magis inſtabant tribuni, & milites ſtrictis enſibus circumfuſi eum interficere minabantur, ni vellet cum dignitate vivere. Mul-

Atque agre iis cedit Veſpaſianus.

tum autem illis reluctatus, ut imperii molem ſuis è cervicibus depelleret, tandem, cum illis perſua-

γανακτοῦντες ἐβόων, „ [q] ὡς ὅτι τ Ρώμης στρατιῶται „ τρυφῶντες, καὶ μηδὲ ἀκοῦσαι πολέμου φήμην ὑπομέ„ νοντες, ἀλλὰ χειροτονοῦσιν οἷς βούλονται τ ἡγεμονίαν, „ καὶ πρὸς ἐλπίδα λημμάτων ἀποδεικνύουσιν αὐτοκρά„ τορας· αὐτοὶ δὲ ἀφ' τοσούτων κεχωρικότες πόνων, „ καὶ γηρῶντες ὑπὸ τοῖς κράνεσιν, ἑτέραις χαρίζονται „ τ ἐξουσίαν, καὶ ταῦτα τ ἀξιώτερον ἄρχειν παρ' „ [r] αὐτοῖς ἔχοντες· [s] τίνα δικαιοτέραν πρὸς τ εἰς αὐ„ τὸς εὐνοίας [t] ἀποδώσειν ἀμοιβὴν, εἰ τ νῦν καλα„ πρόοιντο; τοσούτῳ δὲ εἶναι Οὐεσπασιανὸν [v] ἡγεμο„ νεύειν Οὐϊτελλίου δικαιότερον, ὅσῳ καὶ αὐτὸς τῶν „ ἐκείνου ἀποδειξάντων. εἰ γὰρ δὴ μικροῦ τε ἀπὸ „ Γερμανίας διανηοχέναι πολέμους, οὐδὲ τ ἐκείνου „ καλαγόντων [x] τ τύραννον [y] ἡτ[τ]ᾶσθαι [z] τοῖς ὅπλοις. „ ἀγῶνα δ' ἀνδήσειν οὐδέν. εἰ γὰρ τ σύγκλητοί, ἢ „ [a] τ Ρωμαίων δῆμον ἀνέξεσθαι τ Οὐϊτελλίου λα„ γνείας, ἀντὶ τ Οὐεσπασιανοῦ σωφροσύνης. οὐδὲ ἀντὶ „ μὲν ἡγεμόνος ἀγαθοῦ τύραννον ὠμότατον, [b] ἄπαι„ δα δὲ ἀντὶ παιδὸς [c] αἱρεῖσθαι [d] προστάτην. μέγι„ στον γὰρ δὴ πρὸς ἀσφάλειαν εἰρήνης εἶναι τὰς γνησίους „ τ βασιλέων ὑποχάς. εἴτε οὖν ἐμπειρίαν γήρως „ προσήκει τὸ ἄρχειν, Οὐεσπασιανὸν αὐτοὺς ἔχειν, „ εἴτε νεότητος ἀλκήν, Τίτον· [e] καρπίσασθαι γὰρ τ πρὸς ἀμφοῖν ἡλικίας τὸ ὠφέλιμον. χαριοῦσθαι δὲ „ οὐ μόνον [f] αὐτοὺς τότε τ [g] ἰσχὺν τοῖς ἀποδεχθεῖσιν, „ [h] ἅτε τρία τάγματα καὶ τὰς ἀφ' τ βασιλέων „ συμμαχίας [i] ἕξοντας, ἀλλὰ καὶ συνεργήσειν τάτε „ πρὸς ἕω πάντα, καὶ τ Εὐρώπης ὅσα τ ἀπὸ Οὐϊ„ τελλίου φόβου κεχώρισται, καὶ τὰς ὅτι τ Ἰταλίας „ δὲ συμμάχους, [k] ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ καὶ παῖ„ δα ἕτερον, [l] ὧν τ μὲν προσθήσεσθαι πολλοὺς τ ὁμ„ ἀξιώματι νέων, τ δὲ καὶ τ τ πόλεως φυλακὴν „ [m] πεπιστεῦσθαι, μέρος οὐκ ὀλίγον εἰς ὁπωσοῦν „ ἡγεμονίας. καθόλου τε ἂν βραδύνοιεν αὐτοὶ, τάχα „ τ σύγκλητον ἀποδείξειν τ ὑπὸ τῶν συστρατιωτῶν „ τῶν στρατιωτῶν ἀτιμούμενον.

δ'. Τοιαῦτα τῶν συστροφὰς οἱ στρατιῶται διελά„λουν· ἔπειτα συναθροισθέντες, καὶ [n] παρακροτήσαν„τες ἀλλήλους, ἀναγορεύουσι τ Οὐεσπασιανὸν αὐτο„κράτορα, καὶ σώζειν τὴν κινδυνεύουσαν ἡγεμονίαν „παρεκάλουν. τῷ γὰρ φρονεῖν μὲν ἦν πάλαι περὶ τ „ὅλων, ὅτι γε μὴν αὐτὸς ἄρχειν [o] προῄρητο, „τοῖς μὲν ἔργοις ἑαυτὸν ἄξιον ἡγούμενος, προκρίνων „δὲ τῶν ἐν λαμπρότητι κινδύνων τ ἐν [p] ἰδιώταις „ἀσφάλειαν. ἀχθομένῳ δὲ μᾶλλον οἱ ἡγεμόνες [q] ἐ„πέκειντο, καὶ θορυβούμενοι οἱ στρατιῶται ξιφήρεις ἀναι„ρεῖν αὐτὸν ἠπείλουν, εἰ μὴ βούλοιτο ζῆν ἀξίως. πάλ„λὰ δὲ πρὸς αὐτοὺς [r] ἀγωνιάμενος ἐξ ὧν διω„θεῖτο

[q] Ὡς ἐπὶ τ Ρώμης στρατιῶται] Ita *Big.* οἱ μὲ ἐπὶ in *Editis Aliiſque.*

[r] Αὐτοῖς ἔχοντες.] Ἑαυτοῖς *Big.* αὐτοῖς in *Editis.*

[s] Τίνα δικαιοτέραν ποτὲ] Ὡς τινι vel τινὰ δικαιοτέραν vel δικαιότερον μήπω &c. *Voſſ. Roſt. Pariſ.* & *Bod.* Ω τινα δικ. *Big.* ὡς τινα δικαιότερον μήποτε *MS. Lipſ.* SPANH.

[t] Ἀποδώσειν ἀμοιβὴν,] Ἀναδώσεσθαι *Big.*

[v] Ἡγεμονεύειν] Ἡγεμόνα *Big.*

[x] Τὸν] Abeſt à *L. B.*

[y] Ἡτ[τ]ᾶσθαι] Ἡττᾶσθαι *Vat.*

[z] Τοῖς ὅπλοις.—ἐνδήσειν ἐδέν.] Ita lego & diſtinguo antea, τοῖς ὅπλοις ἀγῶνα. ἐνδήσειν δὲ ἐδέν. HUDS. Atque confirmat *L. B.* in quo tamen eſt δήσειν. in *Coiſl.* legitur ἐνδήσειν ἐ δεῖν, ſed δὲ ἐδένος in *Pariſ. duobus.* i. e. *nullo opus fore certamine*, haud pejus. HAV.

[a] Τῶν Ρωμαίων] τ Ρωμ. *duo Pariſ.*

[b] Ἀπαιδα δὲ] Non quaſi orbus aut prole deſtitutus eſſet Vitellius, ſed quod liberos non haberet qui rerum gubernaculis admoveri poſſent. Verum παῖδα exhibent ſex libri *MSS.* HUDS. Aut ſine liberis prælaturos principem Patri liberorum. Cur autem de Vitellio hoc dicatur, qui liberos habuit, dixi olim *Diſſ. de num.* p. 649. 650. SPANH.

[c] Αἱρεῖσθαι] Αἱρήσεσθαι *Big.* & *Busb.*

[d] Προστάτην—βασιλέων ὑποχάς.] Sic in pleriſque *MSS.* ut & *L. B.* & *Roſt.* atque *quatuor Pariſ.* antea erat πρὸς ταύτῳ, nullo plane ſenſu.

[e] Καρπίσασθαι] κραθήσεσθαι *Coiſl.* καρπώσεσθαι *Pariſ. unus.*

[f] Αὐτοὺς τότε] αὐτοὶ, τότε *L. B.* ultimum tollit *Coccejus.*

[g] Ἰσχὺν τοῖς ἀποδεχθεῖσιν,] Ἀρχὴν in margine *Cod. Gall.*

[h] Ἅτε τρία τάγματα] ὄντως *L. B.* Οτι τρία, & mox ἔχοντα *Big.* & *Vat.*

[i] Ἕξοντας,] ἔχοντα *L. B.*

[k] Ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ καὶ παῖδα ἕτερον,] De Sabino fratre Veſpaſiani Sueton, in Vit. c. II. &c. conf. infr. c. XI. §. 4. SPANH.

[l] Ὧν τ μὲ προσθήσεσθαι] Ὧν τῷ μὲ *Big. Lugd. Bat.* & *Ruſ.*

[m] Πεπιστεῦσθαι,] πεπιστεῦθαι *L. B.*

[n] Παρακροτήσαντες] Abeſt in *Roſt.*

[o] Προῄρητο,] Ita *Big.* & *Gall.* προῃρεῖτο in *Editis Aliiſque.*

[p] Ἰδιώταις] Ἰδιωτείαις *Big.* & *Gall.*

[q] Ἐπέκειντο,] Προσέκειτο *Big.*

[r] Διαγωνιάμενος] Διαγωνόμενος *Big.*

; Ὡς]

θεῖτο τ' ἀρχὴν, τελευταῖον,[s] ὡς οὐκ ἔπειθεν, εἰκὸς τοῖς ὀμόσασι.

ε'. Προτρεπομένων δ' αὐτὸν ἤδη Μουκιανῷ τε καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων εἰς αὐτοκράτορα, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς [t] ἄγειν βοώσης [v] αὐτὴν ὅπῃ θᾶττον τὸ ἀντίπαλον, αὐτὸς πρῶτον τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας εἵλκετο πραγμάτων, εἰδὼς πλεῖστον τῆς ἡγεμονίας μέρος τὴν Αἴγυπτον οὖσαν ἀφ' ἧς σίτου χορηγίαν· ἣν κρατήσας, εἰ [x] παρέλκοι καὶ βίᾳ, καθαιρήσειν ἤλπιζεν Οὐιτέλλιον· οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι [y] πεινῶσαν ὅπῃ Ῥώμης τὸ πλῆθος· τά τε δύο ὅπῃ τῆς Ἀλεξανδρείας τάγματα [z] προσποιήσασθαι βουλόμενος. ἐνεθυμεῖτο δὲ καὶ πρόβλημα τὴν χώραν ἔχειν τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ἀδήλων. ἔστι γὰρ καὶ τὰ τῆς γῆς δυσέμβολος, καὶ τὰ [a] πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος. ἀπ' ἑσπέρας προσβλημάτι τὰ ἄνυδρα τῆς Λιβύης, ἀπ' ὀ μεσημβρίαν τὴν διορίζουσαν ἀπὸ Αἰθιόπων [b] τὴν [c] Συήνην καὶ τοὺς ἀπλώτους τοῦ ποταμοῦ καταράκτας, ἀπὸ δὲ τῆς ἀναλόλης [d] ἔτι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν [e] ἀναχωρουμένην μέχρι Κοπτοῦ, βόρειον δὲ τεῖχος αὐτῇ ἥτε μέχρι Συρίας γῆ, καὶ τὸ καλούμενον Αἰγύπτιον πέλαγος, πᾶν ἄπορον ὅρμων. [f] τετείχισται δ' ὅπως ἡ Αἴγυπτος πάντοθεν. τὸ μὲν οὖν Πηλουσίῳ καὶ Συήνης μῆκος αὐτῆς σταδίων διακοσίων, ἔστι δ', τε ἀπὸ τῆς Πλινθίνης ἀνάπλους εἰς τὸ Πηλούσιον, σταδίων τριακοσίων ἑξήκοντα. ὁ δὲ Νεῖλος ἀναπλεῖται μέχρι τῆς Ἐλεφάντων καλουμένης πόλεως, ὑπὲρ ἣν εἴργουσι προσωτέρω χωρεῖν ὡς προειρήκαμεν καταράκται. δυσπρόσιτος δὲ λιμὴν ναυσὶ, καὶ καθ' εἱρμὸν, Ἀλεξανδρείας. στενός τε γὰρ εἴσπλους, καὶ πέτραις ὑφάλοις, ἃς ἐπ' εὐθὺ [h] καμπλόμενος δρόμου. καὶ τὸ μὲν ἀριστερὸν αὐτῷ μέρος πέφραχται χειροποιήτοις σκέλεσιν· ἐν δεξιᾷ δὲ ἡ προσαγορευομένη Φάρος νῆσος [i] πρόκειται, πύργον ἀνέχουσα μέγιστον, [k] ἐκπυρσούσῃ τοῖς καταπλέουσιν ὅπῃ τριακοσίους σταδίους, ὡς ἐν νυκτὶ πόρρωθεν ὁρμίζοιντο πρὸς τὴν δυσχέρειαν τοῦ καταπλοῦ. περὶ ταύτην τὴν νῆσον [l] καταβέβληται χειροποίητα τείχη μέγιστα· προσαρασσόμενον δὲ τούτοις τὸ πέλαγος, καὶ τοῖς ἀντίκρυς ἕρκεσιν [m] ἀμφιγνυμένου, ἐκτραχύνει τὸν πόρον, καὶ σφαλερὰν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν εἴσοδον ἀπεργάζεται. ὁ μέντοιγε λιμὴν ἔνδον ἀσφαλέστατος, καὶ τριάκοντα σταδίων τὸ μέγεθος, εἰς ὃν τότε λείποντα τῇ χώρᾳ πρὸς εὐδαιμονίαν καλάγει, καὶ τὰ πανταχόθεν ἐπιχώρια ἀγαθὰ εἰς πᾶσαν μερίζεται τὴν οἰκουμένην.

ς'. Ἐφίετο μὲν οὖν εἰκότως τῶν [n] ταύτῃ πραγμάτων Οὐεσπασιανὸς εἰς βεβαίωσιν τῆς ὅλης ἡγεμονίας· ὑπεστέλλετο [o] δ' ὢν εὐθὺς τῷ [p] διέποντι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αλεξάνδρειαν Τιβερίῳ Αλεξάνδρῳ, δηλῶν τὸ τῆς φιλίας πρόθυμον, καὶ ὡς αὐτὸς, ὑποδὺς ἀναγκαίως τὸ βάρος τῆς ἡγεμονίας, συνεργὸν αὐτὸν καὶ βοηθὸν [q] προσλαμβάνοι. [r] προαναγνὺς δὲ τὴν

dere non posset, cedit iis qui *imperatoris nomine* eum salutaverant.

5. Jam vero Muciano cæterisque tribunis ut semet pro imperatore gereret eum hortantibus, atque reliquo exercitu eum inclamante ut ipsos in hostes quoscunque infestos duceret, primo rebus Alexandrinis occupandis procurandisque intentus erat, ut qui norit maximam partem imperii esse Ægyptum, quod frumentum suppeditet, (qua re potitus, Vitellium imperio, si illud ad se vi traheret, deturbaturum esse sperabat; non enim *eum* toleraturum esse populum Romæ esurientem) quodque duas apud Alexandriam legiones sibi adjungere cupiebat. Quin & cogitabat propugnaculo sibi fore illam regionem adversus incerta fortunæ. Nam & terra difficilis accessu, marique importuosa est: ab occidente quidem loca arida Libyæ *sibi* prætensa habet; à meridie vero Syenen quæ eam ab Æthiopia dirimit, & invias navibus *Nili* fluvii cataractas; itemque ab oriente mare Rubrum ad Copton *civitatem* usque diffusum, à septentrione vero munimentum habet terram ad Syriam usque protensam, & pelagus quod dicitur Ægyptium, portubus ubique destitutum. Ita quidem Ægyptus ex omni parte munita est. Inter Pelusium vero & Syenen per duo millia stadiorum porrigitur, atque à Plinthine in Pelusium navigatio est stadiorum trium millium & sexcentorum. Nilus autem ad urbem usque Elephantinen vocatam navigatur: ultra quam cataractæ, de quibus diximus, progredi non sinunt. Portus autem Alexandriæ, etiam mari tranquillo, navibus aditu difficilis est. etenim angustus ejus est introitus, saxisque sub mari latentibus à cursu directo deflexus. & læva quidem ejus pars brachiis septa est arte fabricatis: à dextra vero insula Pharus appellata objicitur, turrim maximam sustinens, quæ ad ccc. usque stadia lumen *eò* appellentibus emittit, * ut nocte procul *à portu in anchoris* stationem habeant ob navigandi difficultatem. Circa hanc autem insulam manuum opera moles exstruuntur maximæ: quibus allisum pelagus, & adversis septis circumfractum asperiorem facit transitum, ingressumque per angustias reddit periculosum. Intus tamen portus ipse tutissimus est, & xxx. stadiorum amplitudinis, in quem & ea devehuntur quæ terra ista ad felicitatem desiderat, & quicquid è bonis illius propriis redundat per totum terrarum orbem distribuitur.

XI. Vespasianus, sese rerum gubernaculis admovens, Ægyptum & Alexandriam beneficio Tiberii Alexandrini occupat.

Descriptio Ægypti.

Portus Alexandrinus qualis.

Pharus describitur.

6. Adeoque minime quidem mirandum est, Vespasianum rerum istarum potiri quæsiisse, ad totius imperii firmamentum. Proinde statim ad Tiberium Alexandrum, qui Ægyptum & Alexandriam administrabat, literas mittit, quibus indicabat & militum promptam in se voluntatem, & quod ipse, ex necessitate onus imperii subiens, ipsum administrum & adjutorem sibi assumeret. Alexan-

Ad Tiberium Alexandrum literas mittit Vespasianus.

[s] Ὡς] Abest in *Rost.*
[t] Ἄγειν βοώσης] Ἄγειν ἐκβοώσης αὐτὸν *Coisl.*
[v] Αὐτὴν] Abest in *Rost.* sed αὐτὸν in *quatuor Paris.*
[x] Παρέλκοι] Ita *Big. Gall. Vat.* & *Voss.* in *Rufini* versione *eaque si potitus esset, vi quoque, si perstaret, Vitellium dejiciendum sperabat.* παρέλθοι in *Editis Aliisque.*
[y] Πεινῶσαν] Πεινῶν *Vat. Lugd. Bat. Rost.* & *Gall.*
[z] Προσποιήσασθαι βουλόμενος.] Προσποιήσεσθαι *Big.*
[a] Πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος.] Πρὸς θαλάσσης *Big. Vat.* & *Voss.*
[b] Τὴν] Abest a *L. B.*
[c] Συήνην] Σόηνην *Rost.*
[d] Ετι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν] Antea ἐπὶ erat. quod si cui displiceat ἔτι, legat ἔχει.
[e] Ἀναχωρουμένην] Sic *Big.* & *Ruf.* ἀναχωμένην in *Editis Aliisque.* Mox, cum Coptus urbs maritima non fuerit, est qui suspicatur locum esse mendosum.
[f] Τετείχισται] Τετείχισο *Voss.*
[g] Ο, τι λάβῃ] In *Cod. Big.* ὁ ἢ ἀπὸ τ' πλ.
[h] Καμπλόμενος δρόμου.] Perperam καμπλέμενος in *Editis* & *aliquot MSS.*
[i] Πρόκειται,] Ita *Big.* & *Ruf.* πρόσκειται in *cateris.*
[k] Ἐκπυρσούσῃ τοῖς καταπλέουσιν] Eo modo *Big.* ἐκπυρσούσα in *reliquis.*
[l] Καταβέβληται] Καταβάλλει *Big.*
[m] Ἀμφιγνυμένου,] Ita lego ex conjectura. ἐφιγνυμένου *Bas.* & *Gey.* ἀφιγνύμενον *Big. Rost.* & *Gall.* ἀφαγνύμενον *L. B.* (unde ἀπαγνύμενον *Coccejus*) Adhuc dubito annon rectius legeretur ἐπιφαγνύμενον, quippe *fractum* vertit *Ruf.*
[n] Ταύτῃ πραγμάτων] Ταύτης *Big.* & *Coisl.*
[o] Δ' ὢν] ᾗ ὢν *L. B.*
[p] Διέποντι τὴν Αἴγυπτον——Αλεξάνδρῳ,] Conf. supr. lib. 2. c. 15. §. 1. lib. 5. c. 12. §. 2. SPANH.
[q] Προσλαμβάνοι.] προσλαμβάνει *L. B. Paris.*
[r] Προαναγνὺς δὲ] Παραναγνὺς *Big.* προσαναγνὺς *Voss.* προσαναγνοὺς *Paris.*
* Ut nocte quam longissime difficultatem applicandarum navium præcaverent, *Ruf.*

Alexander autem, cum prælegisset literas, prompto statim animo & legiones & populum ad fidem ei præstandam jurejurando adegit. id quod ab utrisque lubenti animo factum est; ut qui viri virtutem norint ex rebus illius ductu in vicinia gestis.

Is sese Vespasiano adjungit. XII. Atque ille quidem, cum jam sibi credita essent quæ ad imperium spectabant, quæ *ejus* etiam adventui necessaria erant *omnia* præparabat. Citius autem quam existimari potuit fama nunciabatur in oriente *Vespasianum* esse imperatorem: & omnis quidem civitas dies festos agebat, necnon & nuncii præmia dabat, & sacra pro ejus salute faciebat. Legiones autem apud Mysiam & Pannoniam, paulo ante ob Vitellii audaciam in tumultus concitatæ, majore cum gaudio imperium Vespasiano jurejurando confirmabant. Ille vero profectus Cæsarea Berytum veniebat, ubi multæ quidem è Syria, insuper & multæ ab aliis provinciis legationes ei obviam factæ sunt, coronas & gratulatoria decreta à singulis civitatibus afferentes. Quin & Mucianus aderat provinciæ præses, pronam in eum populorum voluntatem & juramenta ei jurata annuncians.

Ut & Mucianus Syriæ præses.

Vespasiano in memoriam veniunt quæ imperium ei prænunciabant.

7. Cum autem ubique votis illius obsecundaret fortuna, resque omni fere ex parte ad illum propenderent, tum cogitare cœpit Vespasianus, quod non sine Dei providentia manum admoverit imperio; sed justa quædam fati ratio ad eum circumduxerit rerum omnium principatum. Sibi enim in memoriam veniunt & alia signa (nam multa ipsi contigerant imperium præmonstrantia) quæque ei dixerat Josephus, qui vivente adhuc Nerone ausus est eum appellare imperatorem. Attonitus autem hærebat, quod hominem adhuc in vinculis apud se teneret; advocatoque Muciano cum aliis tribunis & amicis, primum quidem ejus strenuitatem enarrabat, quantumque in Jotapatis *expugnandis* propter ipsum laborasset: deinde vaticinationes, quas ipse quidem tunc suspicatus est timoris causa confictas, tempus autem rerumque eventum divinas esse demonstrasse. Tumque „ inhonestum esse, ajebat, ut „ qui sibi augurasset imperium, vocisque Dei mi„ nister *ac nuncius* exstitisset, adhuc captivi loco „ haberetur, victique fortunam subiret." Cumque Josephum vocasset, solvi jubet. Sane hoc facto alii quidem tribuni, ex ea gratia, quam alienigenæ retulisset, præclara etiam de se speranda esse arbitrabantur. Titus vero, qui patri aderat, „ Justum „ est, inquit, ô pater, una cum ferro etiam pro„ bro Josephum solvi. perinde enim erit ac si nun„ quam vinctus fuisset, cum vincula non solve„ rimus sed dissecuerimus." quod utique in eos usurpatur qui per injuriam vincti sunt. Eadem Vespasiano placebant: & quidam in medium prodiens securi catenam dissecuit. Josephus autem pro his quæ prædixerat, existimationis illæsæ præmio donatus, de futuris jam dignus, cui crederetur, habebatur.

Interque cætera Josephi vaticinationes.

De Josepho vinculis eximendo deliberatur.

Securi catena dissecatur.

Ἐπιστολὴν Ἀλέξανδρος, [s] ἅμα προθύμως τάτε τάγματα καὶ τὸ πλῆθος εἰς αὐτὸν ὥρκωσεν. ἑκάτεροι δὲ ἀσμένως ὑπήκουσαν, τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐκ τῆς ἐγγὺς στρατηγίας εἰδότες. καὶ ὁ μὲν [t] πεπιστευμένος ἤδη τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν, προπαρεσκεύαζεν αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἄφιξιν· τάχιον δ' ὀπτανοίας διήγγελλον αἱ φῆμαι τὸν ὑπὲρ τῆς ἀνατολῆς αὐτοκράτορα, καὶ πᾶσα μὲν πόλις ἐώρταζεν, εὐαγγέλια δὲ καὶ θυσίας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπετέλει. [v] τὰ δὲ κατὰ Μυσίαν καὶ Παννονίαν τάγματα, μικρῷ πρόσθεν κεκινημένα πρὸς τὴν Οὐϊτελλίου τόλμαν, μείζονι χαρᾷ Οὐεσπασιανῷ τὴν ἡγεμονίαν [x] ὤμνυον. ὁ δὲ ἀναζεύξας ἀπὸ Καισαρείας εἰς Βηρυτὸν [y] παρῆν, ἔνθα πολλαὶ μὲν ἀπὸ τῆς Συρίας αὐτῷ, πολλαὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν πρεσβεῖαι συνῆντων, στέφανος περὶ ἑκάστης πόλεως, καὶ [z] συγχαρητικὰ προσφέρουσαι ψηφίσματα. παρῆν δὲ καὶ Μουκιανὸς [a] ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγεμὼν, τὸ πρόθυμον τοῦ δήμου καὶ τὰς κατὰ πόλιν ὄρκους ἀπαγγέλλων.

Ζ'. Προχωρούσης δὲ πανταχῇ κατὰ νοῦν τὴν τύχης, καὶ τῶν πραγμάτων συνευνοούντων ἐκ πλείστου μέρους, ἤδη παρίστατο τῷ Οὐεσπασιανῷ νοεῖν, ὡς οὐ δίχα δαιμονίου προνοίας ἅψαιτο τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ δικαία τις εἱμαρμένη [b] βούλοιτο κρατεῖν τῶν ὅλων ἐπ' αὐτόν. [c] ἀναμιμνήσκει γὰρ τά τε ἄλλα σημεῖα, πολλὰ δὲ αὐτῷ ἐγεγόνοι πανταχῇ, προφαίνοντα [d] τὴν ἡγεμονίαν, καὶ [e] τὰς τοῦ Ἰωσήπου φωνὰς, ὃς αὐτὸν ἔτι ζῶντα Νέρωνα αὐτοκράτορα [f] προσειπεῖν ἐθάρρησεν. ἐξεπέπληκτο δὲ τὸν ἄνδρα δεσμώτην ἔτι ὄντα παρ' αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενος Μουκιανὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι καὶ φίλοις, πρῶτον μὲν αὐτῷ τὸ δραστήριον ἐκδιηγεῖτο, καὶ [g] ὅσα τοῖς Ἰωταπάτοις δι' αὐτὸν [h] ἔκαμεν ἔπειτα τὰς μαντείας, ἃς αὐτὸς μὲν ὑπώπτευσε τότε πλάσμα τοῦ θεοῦ, ἀποδειχθῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου καὶ τῶν πραγμάτων θείας. „ αἰσχρὸν εἴη, „ ἔφη, τὴν προθεσπισαμένην μοι τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀφάκτου „ τοῦ Θεοῦ φωνῆς, ἔτι αἰχμαλώτου τάξιν, ἢ δεσ„ μώτου τύχης ὑπομένειν." " καὶ καλέσας τὸν Ἰώσηπον, λυθῆναι κελεύει. τοῖς μὲν οὖν ἡγεμόσιν, ἐκ τοῦ [i] εἰς τὸν ἀλλόφυλον ἀμοιβῆς, λαμπρὰ καὶ περὶ αὐτοῦ ἐλπίζειν παρέσχη. σωθεὶς δὲ τῷ πατρὶ Τίτος, „ δίκαιον, ὦ πάτερ, ἔφη, τοῦ Ἰωσήπου καὶ τὸ σίδηρον „ ἀφαιρεθῆναι σὺν τῷ σιδήρῳ, γενήσεται γὰρ ἅμοι „ τῷ μὴ δεθέντι τὴν ἀρχὴν, ἂν αὐτοῦ μὴ λύσωμεν, „ [k] ἀλλὰ καὶ κόψωμεν τὰ δεσμά." " τοῦτο γὰρ ὅτι τὸν μὴ δεόντως δεθέντων πράττεται. [l] συνεδόκει δὲ ταῦτα, καὶ παρελθών τις τελέως διέκοψε τὸν ἄλυσιν. ὁ δὲ Ἰώσηπος εἰληφὼς περὶ τῶν προειρημένων γέρας τὴν ἐπιτιμίαν, ἤδη καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἀξιόπιστος ἦν.

ΚΕΦ.

[s] Ἅμα προθύμως] Illud ἅμα non agnoscit *Big.* neque *Lugd. Bat.* & commode satis abesse potest.

[t] Πεπιστευμένος] πιστευόμενος *Rost.*

[v] Τὰ δὲ κατὰ Μυσίαν καὶ Παννονίαν τάγματα,] Conf. infr. l. 7. c. 5. §. 3. de his duabus Legionibus & Παννονίας. SPANH.

[x] Ὤμνυον.] ἀνεδέχοντο *Rost.* sed *Lectio vulg.* superscrib. manu recentiore.

[y] Παρῆν,] Παρεγίνετο *Voss.*

[z] Συγχαρητικὰ προσφέρουσαι ψηφίσματα.] Συγχαρτικὰ *Big.*

[a] Ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγεμὼν,] Conf. supr. c. 1. §. 5. SPANH.

[b] Περιάγοι τὸ κρατεῖν] Περιάγοιτο τὸ κρ. *Big.* ἀπελάγοι τὸ κρ. *Voss.*

[c] Ἀναμιμνήσκεται] Ita *Big. quinque Paris.* & *Voss.* ἀναμιμνήσκει *Lugd. Bat.* & commode satis abesse potest.

[d] Τὴν ἡγεμονίαν,] Eo modo *Big.* τὴν τε ἡγεμ. in *cæteris.*

[e] Τὰς τοῦ Ἰωσήπου φωνὰς,] Conf. supr. lib. 3. c. 7. (vet. ed. 8.) §. 9. SPANH.

[f] Προσειπεῖν ἐθάρρησεν.] προειπεῖν αὐτὸν ἐθ. *Coisl.* προειπεῖν ἐθ. *quatuor Paris.*

[g] Ὅσα τοῖς Ἰωταπάτοις δι' αὐτὸν] Ὅσα περὶ τοὺς *Big.*

[h] Ἔκαμεν.] Ἔκαμον *Big. Paris.* & *Voss.* non ita *Rusf.* cum *aliis.*

[i] Εἰς τὸν ἀλλόφυλον ἀμοιβῆς,] Πρὸς τὸν ἀλλ. *Big.*

[k] Ἀλλὰ καὶ κόψωμεν τὰ δεσμά.] Absunt a *L. L.* & *Rost.* verum illud καὶ ex opt. *Paris.* inseritur. HAV.

[l] Συνεδόκει δὲ ταῦτα,] Συνεδόκει *Big.*

ΚΕΦ. ια'.

Οτι, Οὐϊτελλίυ ἡτ῀ηθέντ@ καὶ ἀναιρεθέντ@, Οὐεσπασιανὸς εἰς Ρώμην ὥρμησεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Τίτ@ ὑπέστρεψεν εἰς Ιεροσόλυμα.

Ο Υεσπασιανὸς δὲ ταῖς πρεσβείαις χρηματίσας, καὶ καλαστησάμεν@ ἑκάστοις τὰς ἀρχὰς δικαίως καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀξίων, εἰς Ανλιόχειαν ἀφικνεῖται. καὶ βελευόμεν@ πῶι χρὴ [m] τρέπεσθ῀, πρεσβυγαίτερα δὲ εἰς Αλεξάνδρειαν ὁρμῆς τὰ κατ' ἑαυτὸν Ρώμην ἔκρινε, τὴν μὲν [n] βέβαιον οὖσαν ὁρῶν, τὰ δὲ ὑπὸ Οὐϊτελλίυ ταραττόμενα. πέμπ῀ δὴ Μουκιανὸν εἰς τὴν Ιταλίαν, ὡς ἔχοντα ἱππέων τε καὶ πεζῶν συχνὴν δύναμιν. ὁ δὲ ἀφ' ἑαυτὸν τὸν χειμῶν@ ἀκμὴν δείσας [o] τὸ πλεῖν, πεζῇ τὴν τραλιὰν ἦγε ἀφ' Καππαδοκίας καὶ Φρυγίας.

β'. Εν δὲ τούτῳ καὶ Ανλώνι@ Πρίμ@, ἀναλαβὼν τὸ [p] τρίτον τάγμα τῶν [q] κατὰ Μυσίαν, ἔτυχε δὲ [r] ἡγεμονεύων αὐτόθι, Οὐϊτελλίῳ ἀφιλαξόμεν@ ἐπεῖγε. Οὐϊτέλλι@ δὲ αὐτῷ συμπλησονία μὲν πολλῆς δυνάμεως [s] Καικίνναν ἐκπέμπ῀, μέγα θάρρων [t] τῷ ἀνδρὶ, ἀφ' ἑαυτὸν ἐπ' Οθωνι νίκην. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς Ρώμης ἐλαύνων ἀφ' τάχους ἐπὶ Κρεμῶνα τῆς [v] Γαλατίας τὴν Ανλώνιον καλαλαμβάν῀. μεθόριο@ δέ ἐστιν ἡ πόλις αὕτη τῆς Ιταλίας. καλιδὼν δὲ ἐνταῦθα τὸ πλῆθο@ τῶν πολεμίων καὶ τὴν εὐταξίαν, [x] συμβάλλειν μὲν οὐκ ἐθάρρει. σφαλεραν δὲ τὴν ἀναχώρησιν λογιζόμεν@, προδοσίαν ἐβελεύετο. συναγαγὼν δὲ τοὺς [y] ὑφ' αὐτὸν ἑκατονταρχας καὶ χιλιάρχους, ἔπηγε μεταβῆναι πρὸς τὸν Ανλώνιον, ταπεινῶν μὲν τὰ Οὐϊτελλίυ πράγματα, τὴν Οὐεσπασιανῦ δὲ ἰσχὺν ἐπαίρων· „ καὶ πας' ᾧ μὲν εἶναι, λέγων, „ μόνον τὸ ἀρχῆς ὄνομα, πας' ᾧ δὲ τὴν δύναμιν, καὶ „ αὐτὸς δὲ [z] ἄμεινον προλαβόντας τὴν ἀνάγκην ποιῆσαι „ χάριν, καὶ μέλλοντας [a] ἡτ῀ᾶσθ῀ τοῖς ὅπλοις ταῖς γνώμαις τὸ κίνδυνον φθάσαι. Οὐεσπασιανὸν μὲν γὰρ ἱκανὸν „ εἶναι [b] χωρὶς αὐτῶν προσθ῀ήσεσθ῀ καὶ τὰ λείποντα, „ Οὐϊτέλλιον δὲ οὐδὲ σὺν αὐτοῖς τηρῆσαι τὰ ὄντα.

γ'. Πολλὰ τοιαῦτα λέγων [c] ἔπεισε, καὶ πρὸς τὸν Αντώνιον αὐτομολεῖ μετὰ τῆς δυνάμεως. τῶν δὲ αὐτῆς νυκτὸς ἐμπίπτ῀ μέλαινα τοῖς τραλιώταις, καὶ δεδοικότες πρὸ πέμψαν@ εἰ κρείττων γένοιτο· σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη, τὸν [d] Καικίνναν ὥρμησαν ἀνελεῖν. κἂν ἐπράχθη τὸ ἔργον αὐτοῖς, εἰ μὴ προσπίπτοντες οἱ χιλίαρχοι καθικέτευσαν αὐτούς. οἱ δὲ δεδοικότες μὲν ἀπέσχοντο· δήσαντες δὲ τὸν προδότην, οἷοί τε ἦσαν [e] πέμψειν Οὐϊτελλίῳ. ταῦτα ἀκούσας ὁ [g] Πρίμ@, αὐτίκα τοὺς σφετέρους ἀνίστησι, καὶ μετὰ τῶν ὅπλων ἦγεν ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας. οἱ δὲ παραξάμενοι πρὸς ὀλίγον μὲν ἀντέσχον, αὖθις δὲ τραπέντες ἔφευγον εἰς τὴν Κρεμῶνα. καὶ τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν Πρίμ@ ὑπολέμνε τὰς εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν πολὺ πλῆθο@ κυκλωσάμεν@ πρὸ τῆς πόλεως

CAP. XI.

Quod, Vitellio victo & interempto, Vespasianus Romam contendit, & filius ejus Titus reversus est Hierosolyma.

VEspasianus autem, cum responsum legationibus reddidisset, & juste pro cujusque meritis præfecturas singulis assignasset, Antiochiam pervenit. Atque secum cogitans quò primum se verteret, magis è re sua esse judicabat, quæ Romæ agerentur curare, quam Alexandriam contendere, quod illam quidem sibi firmam videret, res autem Romanas à Vitellio perturbatas. Mittit igitur in Italiam Mucianum cum multis equitum peditumque copiis. Ille vero, hyeme adulta navigare veritus, pedestri itinere per Cappadociam & Phrygiam ducit exercitum. *Vespasianus in Italiam Mucianum mittit.*

2. Inter hæc autem & Antonius Primus, cum legione tertia ex iis quæ in Mysia erant (illam enim regebat provinciam) cum Vitellio acie congredi properabat. At ipsi occursurum cum magna manu Cæcinnam mittit Vitellius, multum vero huic fidens, quod Othonis copias fuderat. Ille vero Roma quam celerrime proficiscens circa Cremonam Galliæ offendit Antonium. illa enim urbs est in finibus Italiæ. Cum autem illic conspexisset hostium multitudinem bonumque *eorum* ordinem, prælio quidem cum illis congredi non audebat; discessum autem periculosum reputans, de proditione deliberabat. Convocatis igitur centurionibus & tribunis sibi subditis, ut transirent ad Antonium suadebat, Vitellii quidem res deprimens, Vespasiani autem vires extollens; dicensque, „ illum „ nomen imperii tantum, hunc vero potestatem „ habere, illisque satius esse gratia anticipare ne„ cessitatem, cumque foret ut armis superarentur „ voluntate periculum prævenire. Nam Vespasia„ num quidem bene posse sine illis etiam reliqua „ sibi adjicere, Vitellium vero ne cum ipsis qui„ dem parta tueri & conservare. *Antonius Primus contra Vitellium proficiscitur.* *Cæcinna ei occursurus ad Antonium transire meditatur.*

3. Hujusmodi multa loquutus persuasit *eis*, & cum milite transfugit ad Antonium. Eadem vero nocte milites facti pœnitebat, & inde metuebant ne ille *forte* superior esset qui ipsos miserat; eductisque gladiis interemptum iverunt Cæcinnam. idque fecissent, nisi tribuni ad pedes provoluti illis supplicassent. Quamobrem cæde quidem se abstinuerunt: in eo autem erant ut proditorem vinctum ad Vitellium mitterent. Cum ista audisset Primus, suos confestim excitat, armatosque ducebat in eos qui defecerant. Illi autem instructi ad prælium pauliſper quidem resistebant: mox autem loco pulsi Cremonam perfugiebant. At Primus cum equitibus suis omnes eis aditus præcidit, & magnam quidem eorum multitudinem undique circumclusam ante urbem perimit; adortus *Cæcinna, cum in eo esset ut transfugeret, ad Vitellium mittere cogitant milites.*

---

m Τρέπεσθαι,] Τραπέσθαι *Busb.* & *Rhed.*
n Βέβαιον ὖσαν ὁρῶν,] Βεβαίαν *Big.*
o Τὸ πλεῖν,] τὸ πᾶν *Gen.* & *L. B.* sed τὸ πλεῖν in *Marg.*
p Τρίτον τάγμα] Sueton. in Vespas. c. IX. SPANH.
q Κατὰ Μυσίαν,] Κατὰ τὴν Μυσίαν *Big.*
r Ηγεμονεύων] ἡγεμονεύειν *Coisl.*
s Καικίναν] Κικίλιον Αλίηον *Big. Lipsi. Vat.* (*Rost.* qui in super Αλιηνὸν habet) *Gal.* & *Bod.* Κικίλιον Αλιηνὸν *MS. Lipsi.* Cæcina idem dictus à *Tacit.* H. l. III. c. XIII. Alienus Cæcina dictus H. l. V. c VII. SPANH.
t Τῷ ἀνδρὶ,] Τάνδρὶ *Big.*
v Γαλατίας τὴν Αντώνιον] Ita *Big.* & *Paris. tres.* Γαλλίας in *Editis Aliisque.*
x Συμβάλλειν μὲν οὐκ ἐθάρρει.] Ita *Vat. Big.* & *Voss.* συμβαλεῖν in *cæteris.*
y Υφ' αὐτὸν ἑκατονταρχας] Ita *Big.* ὑπ' αὐτὸν in *reliquis.* σὺν αὐτῷ ἑκατοντάρχας *Coisl.*
z Αμεινον προλαβόντας] Αμεῖνον εἶναι *Big.*
a Χωρὶς αὐτῶν] Eo modo *Big.* καὶ χωρὶς in *Editis Aliisque.*
b Προσθήσεσθαι] Προσληψεσθαι *Big.*
c Επεισε,] Absunt a *L. B.* & *Rost.*
d Καικίναν] Κικίλιον *Big. Gall. Rost. L. B. Lipsi. Paris.* & *Vat.* ut & post λύσας δὲ τὸν ead. §.
e Κτεῖναι] Κτεῖναι *Big. Paris. Lipsi.* & *Vat.*
f Πέμψειν] Πέμψειν *Vat. Paris. quidam* & *Voss.*
g Πρίμ@,] Πρίμον *Rost.* & passim.

h Λευ-

Ab Antonio profligantur.

tus autem reliquos, militibus permisit urbem diripere. in qua hospitum quidem multi mercatores, multi etiam indigenarum perierunt, totusque Vitellii exercitus, virorum xxx. millia & ducenti. quin & Antonius eorum quos ex Mysia adduxerat quatuor millia & quingentos amittit.

Cæcinna ad Vespasianum missus magnis honoribus afficitur.

Cæcinnam autem vinculis solutum ad Vespasianum mittit, rerum gestarum nuncium. Qui cum *ad eum* venisset & ab eo *benigne* exceptus est, & proditionis ignominiam ab eo insperatis honoribus obtectam habuit.

Sabinus Romæ à Vitellio deficiens Capitolium occupat.

4. Jam vero animos resumebat etiam Romæ Sabinus, postquam ei nunciatum esset appropinquare Antonium; collectisque vigilum cohortibus nocte occupat Capitolium. Prima autem luce multi nobilium ad eum confluebant, interque eos Domitianus fratris filius, in quo spes maxima illis sita erat victoriæ obtinendæ. At Vitellius quidem de Primo minus solicitus erat, incensus autem in eos qui cum Sabino defecerant, &, pro ingenita crudelitate nobilium sanguinem sitiens, militum manum quæ secum descenderat immittit in Capitolium. Et acriter quidem inter eam illosque qui templum tenebant audacterque pugnatum est: tandem vero Germani, ut qui multitudine superiores, colle potiti sunt. Domitianus autem cum multis Romanorum nobilium fato diviniori interitum effugiebat, reliqua vero multitudo omnis cæsa erat; & Sabinus ad Vitellium ductus interficitur: militesque cum donaria omnia diripuissent, templum succendunt. Tumque postero die Antonius quidem cum exercitu in urbem irruit, eum vero Vitellii milites excipiunt, & tribus in locis commisso intra urbem prælio omnes interiere. Cæterum ebrius de palatio prodit Vitellius, & largiter ut in extremis prodigæ mensæ expletus: per populum vero tractus, omnique contumeliarum genere divexatus in media Roma trucidatur, cum octo menses & decem dies imperasset: quem si diutius vivere contigisset, ejus luxuriæ ne imperium quidem sufficere potuisse arbitror. aliorum vero cæsorum numerata erant supra L. millia. Et hæc quidem gesta sunt die tertio mensis Apellæi. Sequenti autem die Mucianus cum exercitu *urbem* ingreditur, & Antonii militibus à cæde repressis (adhuc enim, dum perscrutantur domos, de populo plurimos, quasi ab illo stetissent, occidebant, ira impediente quo minus eos accurate dignoscerent) productoque Domitiano, eum populo commendat, ut qui usque dum pater veniret imperium administraret. Atqui populus, jam timore solutus, faustis vocibus Vespasiano acclamant imperatori: atque ob illum in imperio confirmatum & Vitellium deturbatum festos dies agebant.

Captus & ad Vitellium ductus interficitur.

Antonius Vitellianos superat.

Vitellius occiditur.

Mucianus Romam ingreditur.

Domitianus imperii procurator.

Inde populi Romani lætitia & festivitas.

XIV. *Vespasiano apud Alexandriam facta gratulationes.*

5. Cum autem Vespasianus Alexandriam venisset, læta ei Româ nunciabantur; legatique aderant ex tota terrarum orbe *jam* suo, ei congratulantes: atque urbs *ea*, post Romam *licet* maxima, multitudini nimis angusta esse comperta est. Firmato autem jam universo imperio, rebus-

---

h Λοιπῷ συνεισπεσών,] λοιπὸν συνεισπεσὸν Rost.

i Πᾶσα ὁ Οὐϊτελλίου] Πᾶσα δὲ ἡ Οὐϊτελλίου Vat. Big. & Voss.

k Καικίνναν,—Οὐεσπασιανὸν,] De Cæcina liberato & ad Vespasianum misso, itidem Tacit. H. l. III. c. XXXI. SPANH.

l Καὶ ὡς ἐλθὼν ἀπεδέχθη] Ος εἰσελθὼν Big. atque ita forsan *Rufinus*, qui vertit, *qui ad eum intromissus*.

m Σαβῖνον,] Conf. supr. c. 10. §. 3. SPANH.

n Νυκτοφυλάκων] φυλάκων Paris. antiq.

o Καταλαμβάνει τὸ Καπετώλιον] Καταλαμβάνει) Big.

p Ὁ δὲ ἀδελφοῦ παῖς,] Ὁ τἀδελφοῦ παῖς Big.

q Τεθύμωτο δὲ] Τεθυμωμένος Big.

r Ἀπὸ δὲ] ὑπὸ τῶν Paris. antiq.

s Εμπιπρῶσι.] Ενέπρησαν Big.

t Μυριάδες ἠριθμήθησαν.] Μυριάδας Voss. Colss. & Gall. utraque lectio ferri potest.

v Μὲν οὖν τρίτῃ μηνὸς] Ita Big. δὲ pro μὲν οὖν in Editis Aliisque.

x Απελλαίου] Απελλίου Rost.

y Πέπραξο.] Πέπραχ) Big. & Paris. antiq.

z Διαγνωσιν.] Διάκρισιν προαγαγὼν δὲ τὸ Δ. Big.

a Εὐφήμων,] Εὐφημοῦσι Big. εὐφήμῳ Voss. & Gall.

b Εώρταζε,] Ita Big. Paris. omnes, & Voss. ἑόρταζε hîc locî & alibi in cæteris.

c Αφιγμένῳ τῷ] Αφικομένῳ Big.

d Στενόλεσχα δὲ πλήθους ἀλέγχετο.] Στενόλεσχα τότε πλ. Big. & Colss.

e Μὲν

σεσωσμένων παρ' ἐλπίδα Ρωμαίοις τ πραγμάτων, Οὐεσπασιανὸς ὅπι τὰ λείψανα τ Ιουδαίας τ λογισμὸν ἐπέστρεφεν. αὐτὸς [e] μέντοι εἰς τ Ρώμην ὥρμηλο λήξαντος τ χειμῶνος ἀνάγεσθαι, καὶ τάχος τὰ κατ' τ Αλεξάνδρειαν διώκῃ τ ὃν υἱὸν Τίτον μὲν τ ἐκκρίτους δυνάμεως ἀπέστειλεν ἐξαιρήσοντα τὰ Ιεροσόλυμα. ὁ δ' προελθὼν στεζῇ μέχρι Νικοπόλεως, εἴκοσι δὲ αὕτη διέχῃ τ Αλεξανδρείας σταδίους, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τὴν στρατιὰν μακρῶν πλοίων [f] ἀναπλεῖ ἀπὸ τ Νείλου [g] κατ' [h] τ Μενδήσιον νόμον μέχρι πόλεως Θμούεως. ἐκεῖθεν δ' ἐπιβὰς ὁδεύῃ, καὶ κατ' πολίχνην τινὰ [i] Τάνιν αὐλίζεται. δεύτερος αὐτῷ σταθμὸς Ηρακλέους πόλις, καὶ τρίτος Πηλούσιον γίνεται. δυσὶ δὲ ἡμέραις ὁδεύσας τ στρατιὰν ἀναλαβὼν, τῇ τρίτῃ [k] διέξεισι τὰς ἐμβολὰς τ Πηλουσίου, καὶ [l] προελθὼν σταθμὸν ἕνα ἀπὸ τ ἐρήμου, πρὸς τῷ [m] τ Κασίου Διὸς ἱερῷ στρατοπεδεύει, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κατ' τὴν [n] Οστρακίνην. ἔστι δ' ὁ σταθμὸς οὗτος ἄνυδρος· ἐπεισάκτοις δὲ ὕδασιν οἱ ἐπιχώριοι χρῶνται. μετὰ ταῦτα πρὸς [o] Ρινοκορούροις ἀναπαύεται, κἀκεῖθεν εἰς [p] Ράφειαν προελθὼν σταθμὸν τέταρτον, ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη Συρίας ἀρχὴ, τὸ τέμπτον ἐν Γάζῃ τίθεται στρατόπεδον, μεθ' ἣν εἰς Ασκάλωνα, κἀκεῖθεν εἰς Ἰάμνειαν, ἔπειτα εἰς Ἰόππην, καὶ ἐξ Ἰόππης εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται, διεγνωκὼς αὐτόθι τὰς ἄλλας δυνάμεις ἀθροίζειν.

que popul. Rom. præter ſpem conſervatis, Veſpaſianus in Judææ reliquias animum intendit. Ipſe tamen extrema hyeme Romam proficiſci parabat; & quam primum res Alexandriæ componebat: filium vero Titum, ut Hieroſolyma expugnatum iret, cum delectis copiis dimiſit. Atque ille pedibus uſque ad Nicopolim profectus, (eſt autem illa viginti ſtadiis ab Alexandria diſſita) indeque milite longis navibus impoſito, Nilo flumine juxta Mendeſium tractum uſque Thmuim oppidum pervehitur. inde vero, cum egreſſus eſſet, iter facit, & apud urbeculam quandam Tanin pernoctat. *inde* ſecunda ei manſio fuit Heracleopolis, & Peluſium tertia. Hic autem milite per biduum recreato, tertio die oſtium Peluſii pertranſit; * cumque per ſolitudinem unius diei iter feciſſet, ad Jovis Caſii templum caſtra ponit, poſteroque die juxta Oſtracinen. Hæc manſio inaquoſa erat: aquis autem aliunde advectis utuntur indigenæ. Deinde apud Rhinocorura requieſcitur; atque illinc Raphiam progreſſus, manſionem quartam, (eſt autem urbs illa prima Syriæ) caſtra quinta Gazæ ponit. & poſtea in Aſcalonem, atque hinc Jamniam, deinde Joppen, & ex Joppe Cæſaream pervenit; decreto ſibi alium illic militum delectum habere.

Romam proficiſci parat, Titumque mittit Hieroſolyma.

Quibus itineribus Cæſaream pervenit Titus.

[e] Μέν τοι εἰς] Μέντοιγε *Big.*
[f] Ἀναπλεῖ] Ἀνέβη *Big.*
[g] Κατὰ] μὴ τ *Mss. Pariſ. aliquot.*
[h] Τὸν Μενδήσιον νόμον] Conf. Antt. lib. 10. c. 5. §. 1. SPANH.
[i] Τάνιν αὐλίζεται.] Conf. lib. Antt. 1. περὶ Τάνιν τ Αἰγύπτου. SPANH.
[k] Διέξεισι τὰς ἐμβολὰς] Διεξῆλθε *Big.*
[l] Προελθὼν σταθμὸν] Προελθὼν *Big.*
[m] Τῷ Κασίου] τ Κασίου *MS. Lipſ.* melius in Nummis ΖΕΥΣ ΚΑΣΙΟΣ, de quo Jove Caſio Peluſii culto vid. Achill. Tatius l. III. p. 167. Idem occurrit in Nummis Seleucenſium, unde liquet ibi etiam eundem cultum. SPANH.
[n] Οστρακίνην.] *Greg. Nazianz. Ep. XII.* 776. B. ὅτι μήτε ὕδωρ παρὰ τ Οστρακίνων οἰκούντων. Apud Ammian l. XXII. c. XVI. & *Caſſium* (al. *Caſium*) *ubi Pompeji ſepultura eſt Magni*, & *Oſtracinæ*, & *Rhinocolura.* SPANH.
[o] Ρινοκορούροις] Ρινοκολούροις *Ruf.* Conf. ſupr. lib. 1. c. 14. §. 2. SPANH.
[p] Ράφειαν προελθὼν—Συρίας ἀρχὴ,] Conf. Antt. l. 13. c. 13. §. 3. SPANH.

* Unamque manſionem profectus per ſolitudines, *Ruf.* Manſio quidem unius diei iter eſt, atque ita apud *Plinium* accipitur.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΕΜΠΤΩ ΛΟΓΩ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO QUINTO

HISTORIARUM EXCIDII JUDAICI

HÆC CONTINENTUR.

α'. Οπως τριχῇ ἐμερίσθη ἡ κατὰ Ιεροσολύμων στάσις.

β'. Σχέλιασμὸς τ συγγραφέως ὅτι ταῖς τ πόλεως συμφοραῖς.

γ'. Οτι τ στασιαστῶν ἑαυτοὺς πολεμούντων πολλαὶ καλεπρήσθησαν οἰκίαι μεσταὶ σίτου.

δ'. Οτι καθ' ἡμέραν γενομένης ἐν Ιεροσολύμοις μάχης, οὐδεὶς θρηνεῖν ἐτόλμων οἱ τ ἀποσφαττομένων συγγενεῖς τε καὶ φίλοι.

ε'. Οπως Ιωάννης, ἀπὸ τ ἱερῶν ξύλων πύργους κατ' τ

1. *Quomodo ſeditio Hieroſolymitana trifariam diviſa erat.*

2. *Hiſtorici lamentatio ſuper urbis calamitatibus.*

3. *Dum inter ſe digladiantur ſeditioſi multa incenduntur ædes frumenti plena.*

4. *Dum quotidie pugnatum eſt Hieroſolymis, ne lamentari quidem audebant cæſorum cognati amicique.*

5. *Quomodo Joannes, ex lignis in templi uſum paratis*

paratis turres exſtruens contra adverſe partis factioſos, impeditus erat Romanorum adventu.

6. *De Titi apparatu, & quo ordine milites diſpoſuit Hieroſolyma invaſurus.*

7. *Titus cum ſexcentis impreſſionem facit in Hieroſolyma: & quomodo, Judais in eum irruentibus, fortiter ſe geſſit.*

8. *Quomodo, cum ad locum veniſſet qui Scopus dicitur, ibi exercitus ſui agmina collocavit.*

9. *Quomodo Judei, cum vidiſſent Romanos contra ſe venire, licet inter ſe diſſentirent, in breve tempus pacem colunt, & ſubita facta eruptione decimam legionem in fugam vertunt.*

10. *Quomodo Titus, in medio hoſtium relictus, ſtrenue ſe geſſit: utque amici eum monuerunt ne ſe in diſcrimen conjiceret.*

11. *Quomodo Joannes ſuperavit Zelotas; & ſeditio, quæ tripartita fuerat, ad duas iterum factiones redacta eſt.*

12. *De locis in obſidionis commodum à Tito complanatis. & quomodo Romanis, incaute in Judæorum inſidias lapſis, Cæſar exoratus veniam conceſſit: utque locis omnibus uſque ad muros coæquatis, propius urbi caſtra admovet.*

13. *Delineatio murorum urbis.*

14. *Deſcriptio templi.*

15. *De ſacerdotibus, & veſtimentis eorum pontificiſque.*

16. *De Simone & Joanne tyrannis: deque ducibus ab illis conſtitutis.*

17. *Tito, circumeunte & perluſtrante mœnia, vulneratur Nicanor amicus ejus, qui cum Joſepho erat: unde aggeres majori ſtudio excitari juſſit, & machinas obſidionales admoveri.*

18. *Iterum de Joanne & Simone tyrannis, utque mutuum ſibimet ferebant auxilium: & de ſaxis è baliſtis projectis.*

19. *Quomodo muro tribus è locis à machinis verberato, tyranni, initâ concordiâ, contra Romanos dimicabant, & machinas eorum incenderunt: utque Joannes, Idumæorum dux, ſagitta percuſſus interficitur.*

20. *Quomodo tres turres à Romanis ædificatæ ſponte corruerunt, & multa cum cæde primum murum ſuperarunt Romani, ope machinæ quam Nicona vocabant Judæi.*

21. *Quomodo Titus quidem ad murum ſecundum oppugnandum impreſſiones faciebat; Judæi vero, cum impetum excepiſſent, omnia muniebant.*

22. *De Longino milite Romano.*

23. *De Caſtore impoſtore Judaïco; quomodo Tito & Romanis impoſuit.*

24. *Quomodo muro ſecundo potiti, inde iterum pulſi erant: illoque mox recuperato, ad reliqua ſuperanda ſeſe comparabant.*

25. *Quomodo Titus obſidionem remittente, ſi forſan deditionem facerent Judæi, illi ne minimum quidem extollitis erant: quo factum ut iterum obſidionem urgeret.*

ἀντιτασιαζῶν καλασκηνάζειν, ἐκωλύθη Ρωμαίων ἐπελθόντων.

ς'. Οπως Τῖτος παρεσκευάσατο, καὶ μεθ' οἵας τάξεως ἐπῆλθε τοῖς Ιεροσολύμοις.

ζ'. Προσβολὴ Τίτου μεθ' ἑξακοσίων κατὰ τῶν Ιεροσολύμων· καὶ ὅπως ἠρίστευσεν, ἐπεξελθόντων κατ' αὐτοῦ τῶν Ιουδαίων.

η'. Οπως ἐλθὼν εἰς τὸ λεγόμενον Σκοπὸν, ἐκεῖσε τὰ τοῦ οἰκείου στρατοῦ ἐγκατέστησε τάγματα.

θ'. Οπως Ιουδαῖοι θεασάμενοι τὴν κατ' αὐτῶν τῶν Ρωμαίων ἔφοδον, στασιάζοντες ἐν ἑαυτοῖς, μικρὸν εἰρήνευσαν, καὶ αἰφνιδίως ἐξελθόντες τὸ δέκατον ἔτρεψαν τάγμα.

ι'. Οπως Τῖτος, μέσος [a] ἀπολειφθεὶς τῶν πολεμίων ἠρίστευσεν. καὶ ὡς οἱ φίλοι τοῦτον παρήνεσαν μὴ προκινδυνεύειν.

ια'. Ως Ιωάννης ἐκράτησε τῶν ζηλωτῶν, καὶ ἡ τριμερὴς στάσις πάλιν διμερὴς γέγονεν.

ιβ'. Περὶ τῶν ὑπὸ Τίτου ἐξομαλισθέντων κατὰ τὴν πολιορκίαν τόπων· ὅπως τε τῶν Ρωμαίων ἐξ ἐνέδρας τῶν Ιουδαίων πταισάντων, δυσωπηθεὶς ὁ Καῖσαρ συνεχώρησε τούτοις. καὶ ὅπως ἐξισωθείσης [b] μέχρι τῶν τειχῶν τόπου, ἔγγιστα ἦν πάλεως στρατοπεδεύειν.

ιγ'. Διαγραφὴ τοῦ τείχους τῶν Ιεροσολύμων.

ιδ'. Εκφρασις τοῦ ἱεροῦ.

ιε'. Περὶ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἐνδυμάτων αὐτῶν τε καὶ τοῦ ἀρχιερέως.

ις'. Περὶ Σίμωνος καὶ Ιωάννου τῶν τυράννων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἡγεμόνων.

ιζ'. Ως [b] πελάσαντες Τίτου, καὶ σκεπόμενοι τὸ τεῖχος τοξεύει Νικάνωρ ὁ φίλος αὐτοῦ, συνὼν Ιωσήπῳ· ἔνθα δὴ καὶ σπουδαιότερον ἐγείρειν τὰ χώματα προσέταξε, καὶ τὰ πολιορκητικὰ προσάγεσθαι μηχανήματα.

ιη'. Ετι περὶ Ιωάννου καὶ Σίμωνος τῶν τυράννων, καὶ ὅπως ἀλλήλοις ἐχρῶντο· καὶ περὶ τῶν ἀπὸ τῶν πετροβόλων ἐκπεμπομένων λίθων.

ιθ'. Οπως ὑπὸ τῶν ὀργάνων τριχόθεν τυπτομένου τοῦ τείχους, οἱ τύραννοι πρὸς ἀλλήλους ὁμονοήσαντες ἀντεπολέμουν [c] Ρωμαίοις, καὶ τὰς μηχανὰς αὐτῶν ἐνέπρησαν· καὶ ὡς Ιωάννης, ὁ τῶν Ιδουμαίων ἡγεμὼν, τοξευθεὶς ἀνῃρέθη.

κ'. Οπως αὐτομάτως καλέπεσον οἱ [d] παρὰ Ρωμαίων καλασκευασθέντες τρεῖς πύργοι, καὶ [e] μετὰ πολὺν φόνον ἐκράτησαν Ρωμαῖοι τοῦ πρώτου τείχους, μηχανήματι τῷ λεγομένῳ Νίκωνι.

κα'. Οπως Τῖτος μὲν πρὸς τειχομαχίαν τοῦ δευτέρου τείχους τὰς προσβολὰς ἐποιεῖτο, Ιουδαῖοι δὲ τὰς ἐμβολὰς φυλαττόντες ἐφράξαντο.

κβ'. Περὶ Λογγίνου Ρωμαίου στρατιώτου.

κγ'. Περὶ Κάστορος Ιουδαίου γόητος, ὅπως Τῖτον καὶ Ρωμαίους ἐπάτησεν.

κδ'. Οπως τὸ δεύτερον τεῖχος λαβόντες αὖθις ἐξώσθησαν καὶ αὖθις αὐτὸ παλαβόντες πρὸς τοῖς λοιποῖς παρέλαβον εὐτρεπίσαντες.

κε'. Οπως ἀνέντος Τίτου τὴν πολιορκίαν, εἴτως ἐνδοῦναι Ιουδαίοι, διὰ ὅλως ἐμαλακίσθησαν διὰ πάλιν ὥρμησεν εἰς τὸ πολιορκεῖν.

κς'. Πα-

a Απολιφθεὶς] Απολληφθεὶς in *libris*.
b Περιόντος] Περιόντος in *libris*.
c Ρωμαίους] Ρωμαίων *Vat.*

d Παρὰ Ρωμαίων] Παρὰ Ρωμαίους *Vat.*
e Μετὰ πολὺν φόνον] Ita *Vat.* προς πολιν φ. *Baſ.*

f Πρὸς

κϛ'. Παραίνεσις Ιωσήπου πρὸς τοὺς ὁμοφύλους, ἐξ' ἧς πολλοὶ τῶ δήμου αὐτομολεῖν ὥρμησαν.

26. *Josephi ad populares suos cohortatio, qua multi è plebe ad transfugiendum incitati erant.*

κζ'. Ὅπως λιμῶ τε ἁμὰ τοῖς ἐξ αὐτῆς χαλεποῖς ὁ δῆμος ἀπήχθη ἔπαρχεν.

27. *Quomodo famem & mala inde gravissima sine levamine passus est populus.*

κη'. Ὅπως Τίτος τοὺς ὅπῃ λαχανείαν ἐξιόντας ἀναλαμβάνειν ἀνεσταύρου· ἁμὰ δὲ οἱ τύραννοι [f] πρὸς τῶ μὴ ἐκδιδόναι τοὺς οἰκείους τῶν αὐτομόλων, [g] ὅπῃ τῶν τείχους ἄγοντες ἐπεδείκνυον, ὡς τῶν αὐτομόλων τοιαῦτα πάσχοντων Ρωμαίων πλησιόντων· ἐξ ἧς καὶ πολλοὶ ἀπέχοντο τῶν αὐτομολεῖν ἕως τὸ ἀληθὲς ἔμαθον.

28. *Quomodo Titus crucibus eos suffigebat, qui capti erant dum ad olera colligenda exirent; atque tyranni, ne quis se dederet, transfugarum familiares ad muros ducentes, ostendebant eis crucifixos, quasi transfuga hoc ipsum paterentur. unde multi à fuga abstinebant, donec certiores facti essent de rei veritate.*

κθ'. Περὶ Αντιόχου τοῦ Επιφανοῦς, καὶ οἷα αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἔπαθον.

29. *De Antiocho Epiphane; ac quenam ipse cum suis passus est.*

λ'. Ὅπως Ιουδαῖοι ὑπορύξαντες καλεκρέμνησαν τὰ χώματα, καὶ πάλιν Ρωμαίων προσαγόντων τὰς μηχανὰς ἐπεξελθόντες ἐνέπρησαν αὐτάς· ἔνθα καὶ χεὶρ χεῖρα συμπλακέντων ἀλλήλων, πολὺς ἑκατέρωθεν φόνος ἐγένετο.

30. *Quomodo Judaei ope cuniculorum praecipitarunt aggeres; cumque Romani iterum machinas adduxissent, egressi illas incenderunt: ubi cum ad manus etiam ventum esset, multa utrinque facta exat caedes.*

λα'. Ὅπως τῶν χωμάτων καλακαυθέντων, Τίτος, βυλευσάμενος τοῖς ἡγεμόσι, τὴν πόλιν περιετείχισε, καὶ χώματα αὖθις ἀνήγειρεν.

31. *Quomodo aggeribus accensis, Titus, cum duces in consilium adhibuisset, urbi murum circumdedit, rursusque aggeres excitavit.*

λβ'. Ἐκφρασις τῶν κατὰ τὴν πόλιν λιμοστονόντων, καὶ ὅσα ὑπό τε τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν στασιαστῶν ὁ δῆμος ὑπέμεινεν.

32. *Fame laborantium miseria describitur, narraturque quanta mala ex fame & seditiosis sustinuit plebs.*

λγ'. Περὶ Ματθίου τοῦ εἰσαγαγόντος εἰς Ιεροσόλυμα τὸν τύραννον Σίμωνα· καὶ ὡς αὐτός τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν εὐγενῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρέθησαν, ὅτε καὶ ὁ τοῦ Ιωσήπου πατὴρ ἐν τῇ φυλακῇ συγκλεισθεὶς ἐφυλάττετο.

33. *De Matthia, qui in Hierosolyma introduxit Simonem tyrannum: & quomodo ipse aliique multi nobilium ab eo interempti sunt, quando & Josephi patrem in custodiam conclusum tenebant.*

λδ'. Ὅπως [h] Ιούδας τις τῶν τοῦ Σίμωνος ὑπῆρχεν, προδιδοὺς τὸ πεπιστευμένον πύργον τῷ Τίτῳ, πρὶν πρᾶξαι τὰ τοῦ σκοποῦ ἁλῶναι ἔφθασεν.

34. *Quomodo Judas quidam unus è praefectus Simonis, cum in eo esset ut turrim sibi creditam Tito proderet, captus est priusquam perficeret id quod proposuerat.*

λε'. Ὅπως Ιώσηπος πάλιν παραινῶν τοῖς πολίταις πολιτικῆ λίθῳ, καὶ ὡς ἐπὶ τούτῳ ταραχθέντες οἱ τοῦ δήμου πάλιν ἀνεθάρσησαν ἰδόντες ὑγιᾶ.

35. *Quomodo Josephus, dum iterum cives adhortaretur, lapide percutitur: utque ex eo populus perturbatus animos mox resumpserunt, ubi salvum viderunt.*

λϛ'. Οἷα ὑπέστησαν οἱ αὐτόμολοι ἐκ τοῦ λιμοῦ, εὐθέως τροφῆς χορτασθέντες· οἱ δὲ καὶ ἀναχιζόμενοι, ὡς χρυσὸν ἔνδον φέροντες.

36. *Quaenam perpessi sunt transfugae ex fame statim cibo repleti: nonnullique discissi erant, ac si aurum intus haberent.*

λζ'. Ὅπως Ιωάννης ὁ τύραννος, τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν, εἰς ἰδίαν τε καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ἐὐπάθειαν, κατεχρήσατο.

37. *Quomodo Joannes tyrannus vasa sacra convertebat in sui suorumque beneficium.*

λη'. Ὁπόσοι ἀφ' ἑκάστης τῆς πόλεως πύλης νεκροὶ ἐξεκομίσθησαν ἐντὸς μηνῶν δύο.

38. *Quot mortui ex una urbis porta intra duos menses efferebantur.*

[f] Πρὸς τῷ μὴ—τῶν αὐτομόλων,] Πρὸς τὸ μὴ ὁσὸν. *Vat.*
[g] Ἐπὶ ὅπῃ τοῦ τείχους] Illa ἐπὶ τοῦ τείχους λέγοντες ἐπεδείκνυον, ὡς τῶν αὐτομόλων *desumpta sunt è Cod. Vat.*
[h] Ιούδας] Ιούδης in *libris.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,
Η
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ
ΛΟΓΟΣ Ε'.

FLAVII JOSEPHI
DE BELLO JUDAICO,
SIVE
JUDAICÆ HISTORIÆ DE EXCIDIO,
LIBER V.

CAP. I.

De ſeditioſis apud Hieroſolyma: & quibus calamitatibus propter illos laboravit civitas.

Triplex apud Hieroſolyma ſedition.

ET Titus quidem, ita, ut jam diximus, emenſa ſolitudine ultra Ægyptum ad Syriam uſque, Cæſaream perveniebat, decreto ſibi illic prius ordinare exercitum. Illo autem adhuc apud Alexandriam una cum patre conſtituente imperium, quod nuper eis demandaverat Deus, contigit etiam ſeditionem, quæ apud Hieroſolyma erat, reſuſcitatam trifariam dividi, & aliam partem [a] in aliam verti, quod ut in malis optimum quis dixerit, & melius fieri haud poſſe quam factum eſt. Nam de Zelotarum quidem in populum dominatu, qui urbi erat excidii cauſa, jam ante diligenter declaravimus, unde cœperit, & quantum in malum creverit. De hac autem non erraverit quiſquam ſi dixerit, ſeditionem in ſeditione eſſe factam, ac feræ inſtar rabidæ, cum cibus ei aliunde deſit, in ſua jam ſævire viſcera.

Eleazarus omnis factionis dux.

2. Eleazarus enim Simonis filius, qui ſcilicet ab initio Zelotas à populo ſeparavit, fecitque in templum ſecedere, ſeſe ſuper iis indignari ſimulans,

ΚΕΦ. α'.

Περὶ στασιαστῶν ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ οἷα δεινὰ διὰ τοὺς τοιούτους ἔπαθε ἡ πόλις.

ΟΤΙ μὲν [a] οὖν Τίτος, ἐν προειρήκαμεν τρόπου, διοδεύσας τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου μέχρι Συρίας [b] ἐρημίαν, εἰς Καισάρειαν ἀφῖκτο, ταύτην διανοούμενος προσυλάξασθαι τὰς δυνάμεις. ἔτι δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν Ἀλεξάνδρειαν [c] συγκαθιζομένου τῷ πατρὶ τὴν ἡγεμονίαν νέον αὐτοῖς ἐγχειρισμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, συνέβη καὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις στάσιν ἀναχμάσασαν τριμερῆ γενέσθαι, καὶ καθ' αὑτοῦ θάτερον ὀπισθρέψαι μέρος, ὅσῳ ἄν τις ὡς ἐν κακοῖς ἀγαθὸν εἴποι καὶ δίκης ἔργον. ἡ μὲν γὰρ τοῦ δήμου τῶν ζηλωτῶν ὑπόθεσις, ἣν ἔφην καίπερ ἐλώσεως τῇ πόλει, προδεδήλωται μὲν ἀκριβείας, ὅθεν τε ἔφυ, καὶ [d] πρὸς ὅσον κακὸν ἀπηυξήθη. ταύτῃ δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν πάσας πάσαις [e] ἐγγενέσθαι, καὶ καθάπερ θηρίον λυσσῶσαν σιδηρᾶν τὴν ἔξωθεν ὑπὸ τὰς ἰδίας [f] ἤδη σάρκας [g] ὁρμᾶν.

Eleazarus omnis factionis dux.

β'. [h] Ἐλεάζαρος γὰρ ὁ τοῦ Σίμωνος, ὃς δὴ καὶ τὰ πρῶτα τοῦ δήμου τοὺς ζηλωτὰς ἀπέστησεν εἰς τὸ τέμενος, ὡς ἀγανακτῶν ὅθεν ἐπὶ τοῖς ὑσημέραι τῷ Ἰωάννῃ

a Οὖν Τίτος,] Illud ἂν è *MSS.*
b Ἐρημίαν,] Ἐρημος inter Judæam & Ægyptum citò à Tito peragrata vid. infr. lib. 7. c. 5. §. 3. SPANH.
c Συγκαθιζομένου] συγκαθιζομένῳ *Voſſ.*
d Πρὸς ὅσον κακὸν] Πρὸς ὅσων κακῶν *Big.*
e Ἐγγενέσθαι,] Ἐγγένεσθαι *Bod.* & *Voſſ.*
f Ἤδη] Delet *Roſs.*
g Ὁρμᾶν.] Ita lego & diſtinguo cum *Coll. Big.*: autea erat, ὁρμῶν, ἅτινος Ἐλεάζαρος &c.
h Ἐλεάζαρος γὰρ ὁ τοῦ Σίμωνος,] Conf. ſup. lib. 2. c. 20. §. 3. SPANH.

Ιωάννῃ [i] τολμωμένοις, ἐ γὰρ ἀνεπαύετο [k] φονῶν ὄντος, τὸ ἧ ἀληθὲς [l] αὐτῷ μιλαγνιτέρῳ τυράννῳ μὴ Φέρον ὑποτεταχθαι, πάθει τ ἄλλων ἐ δυναστείας [m] ἰδίας ἐπιθυμίᾳ, διῶτα, πολλοὶ δὲ Ιούδᾳ τε τ [n] Χελκία ἐ Σίμωνα τ Εζρῶνος τ δυναστῶν, πρὸς οἷς Εζεκίας [o] ὁ Χωβαρὶ παῖς οὐκ ἄσημος. [p] καθ' ἕκαστον δὲ οὐκ ὀλίγοι τ ζηλωτῶν ἠκολούθησαν, ἐ καταλαβόμενοι τ ἐνδότερον τοῦ νεὼ πρόβολον, ὑπὲρ τὰς ἱερὰς πύλας ἐπὶ τ ἁγίων μειζόνων τίθεν τὰ ὅπλα. πλήρεις μὲν ἦν ἐπιτηδείων ὄντες ἐθάρρουν· ἐ γὰρ ἀφθονία τ ἱερῶν ἐγένετο πραγμάτων, τοῖς γε μηδὲν ἀσεβὲς ἡγουμένοις· ὀλιγότητι ἧ τῆ κτ' σφᾶς ὀρρωδοῦντες, [q] ἐγκαθισάμενοι τὰ ὅπλα κτ' χώραν ἔμενον. ὁ ἧ Ιωάννης ὅσον ἀνδρῶν ὑπερεῖχε πλήθει, τοσοῦτον ἐλαττοῦτο τῷ τόπῳ· ἐ κτ' κορυφὴν ἔχων τὰς πολεμίους, ὑπ' ἀθεεῖς ἐποιεῖτο τὰς προσβολὰς, ἔστε δι' ὀργὴν ἠρέμει. κακὸν μὲν οὖν πολὺ ἦν ἀφειδεῖς τοὺς περὶ τ Ελεάζαρον, ὅμως οὐκ ἀνίει συνεχῶς δὲ ἐνῴκουν [r] κατ' ἀλλήλων ἐ βελῶν ἀφέσεις ἐγίνοντο, ἐ φόνοις ἐμιαίνετο [s] πανταχῆ τὸ ἱερόν.

ὁ δὲ Σαβῖνος ἅπασι τοῖς ἀφιεμένοις, καὶ καλαχωννύμενος ὑπὸ τῶν βελῶν, εἴ πρότερον ἐπέσχε τὴν ὁρμὴν ἢ
γενέσθαι ἐπ' ἄκρῳ, καὶ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους. καταπλαγέντες γὰρ αὐτοῦ τήν τε δύναμιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τὸ
εὐψύχημα τῆς ψυχῆς, ἅμα δὲ καὶ πλείους ἀναβεβηκέναι
δόξαντες ἐτράπησαν. ἔνθα δὴ καλαμέμφαιτ' ἄν τις ὡς
φθονερὰν ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς τὴν τύχην, καὶ κωλύσασαν ἀεὶ
τὰ κατορθώματα τῶν καλῶν. ὁ γοῦν ἀνὴρ οὗτος ὅτε
ἐκράτησε [b] τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη, καὶ πλαίσας [c] πρός
τινα πέτραν, [d] ἧπται [e] ἐπ' αὐτῆς μὲν μεγίστου ψόφου
κατέπεσεν. ἐπιστραφέντες δ' οἱ Ἰουδαῖοι καὶ καταδόντες
μόνον τε αὐτὸν καὶ πεπτωκότα, πάντοθεν ἔβαλλον. ὁ δὲ
[f] εἰς γόνυ κλαγγάσας, καὶ προκαλυψάμενος τὸν θυρεὸν,
τὸ μὲν πρῶτον [g] ἠμύναλο, καὶ πολλοὺς τῶν πλησιασάντων ἔτρωσεν. αὖθις δὲ [h] ἀπὸ πλήθους τραυμάτων παρῆκε τὴν δεξιὰν, καὶ τέλος, πρὶν ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν, καλεχώσθη τοῖς βέλεσιν· ἀνὴρ ἄξιος μὲν ἀμείνονι [i] χρῆσθαι δὲ ἀνδρείαν τύχῃ, πεσὼν ἧς τὴν [k] ἐπιβολῆς ἀναλόγως.
τῶν δ' ἄλλων τρεῖς μὲν τοὺς ἤδη πρὸς τοῖς ἄκροις ὄντας
συνλιφθέντες ἀπέκτειναν τοῖς λίθοις· οἱ δ' ὀκτὼ τραυματίαι καλασυρέντες, ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον.
ταῦτα μὲν δὴ τρίτῃ Πανέμου μηνὸς ἐπράχθη.

» sine sanguine successerit, si eam tantum cœpe-
» ritis. Nam ascendentes quidem ab illis prohiberi
» verisimile est: si vero clam vel etiam per vim ali-
» quid semel egeritis, non erit ut vos sustineant,
» si pauci id facere occupaverimus. Me autem pro-
» fecto pudeat, nisi qui primus murum conscen-
» derit invidendum remunerationibus fecero: &
» qui vixerit quidem iis imperabit, qui nunc ipsi
» æquales habentur; beatissima vero etiam eos se-
» quentur præmia, qui ceciderint.

6. Talia cum diceret Titus, cæterâ quidem multitudo periculi magnitudinem pertimuit: eorum vero unus qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, Syrus natione, vir & animo & manu fortissimus apparuit, etiamsi qui illum intuitus virtutem habitu corporis mensus fuisset, eum ne justum quidem militem esse credidisset. etenim colore niger erat, corpore gracilis & pilosus, sed in tenui corpore & viribus ejus angustiore heroica quædam virtus habitabat. Cum primus itaque surrexisset, » dedo me, inquit, tibi alacri animo, Cæ-
» sar, & ante omnes in murum ascendo: atque
» opto quidem ut vires ac voluntatem meam se-
» quatur fortuna tua. * quod si quis indignans fa-
» cinus audax mihi inviderit, scito me non præter
» spem, si res aliter cesserit, sed quòd sic decre-
» verim, pro te moriturum." His dictis, & scuto lævâ capiti prætenso, strictoque dexterâ gladio, hora quidem diei sexta murum petebat. Eumque ex aliis sequebantur, qui soli ejus virtutem æmulati sunt, viri undecim. Ille autem omnes multo antecedebat, impulsu quodam divino incitatus. At vigiles è muro jaculis eos petebant, & tela undique innumera jaciebant, insuper & saxa ingentia devolvebant, quibus aliquot ex undecim dejecti sunt. Sabinus autem missilibus occurrens, telisque *pene* obrutus, non prius destitit ab impetu, quam in summum murum evasisset & hostes fugasset: nam Judæi, tam viribus illius attoniti quam animi fortitudine, simulque plures ascendisse rati, in fugam versi sunt. Unde est quod fortuna *non immerito* incusetur, ut quæ virtutibus invideat, semperque præclaris obstet facinoribus. Siquidem hic vir, † cum quod aggressus est superasset, lapsus est, saxoque cuidam impactus maximo cum sonitu *armorum* pronus in eum decidit. Quo facto est, ut Judæi conversi, ubi solum & jacentem vidêre, undique eum peterent. Ille autem genu nixus & scuto protectus, primo quidem se-
met defendit, multosque ad ipsum accedentes sauciavit; postea vero vulnerum multitudine dextram laxavit, & ad extremum, priusquam animam redderet, telis est obrutus: vir sane pro fortitudine dignus meliori fortuna, haud secus tamen ac pro cœpti facinoris difficultate cecidit. E cæteris autem tres quidem qui jam ad summum evaserant, lapidibus obtritos occiderunt, octo vero saucii detracti & in castra relati sunt. Et hæc quidem tertio die mensis Panemi gesta sunt.

Sabinus vir fortissimus.

Cum tribus sociis periit.

Cum XI. aliis murum aggreditur.

7. Bi-

m Φθάσωμεν.] Ita ex MSS. φθάσῃ) in Editis.
n Πρώτοις ζηλωτὸν] Πρωταίρωλο Big.
o Ἐπικαιρίαις] Conf. supr. lib. 1. c. 16. §. 3. Spanh.
p Μακάριοι δ' ἀκολουθήσ.] Μακαρίσι Big. Voss. Rost. & Bod.
q Διεξιόντος,] Διεξελθόντος Big.
r Τὴν σάρκα πεπιλημένος,] Philo Qu. Prob. Liber. p. 869. A. ὑπὸ πυκνότητος σαρκῶν πεπιλημένου, de robusto & carnoso Athleta. Unde corruptus videtur hic Josephi locus, nisi de carnoso nimium, seu carnis mole nimia laborante sumatur. Spanh.
s Στενοτέρῳ.] γυναικείῳ L. B.
t Σοὶ Καῖσαρ,] Illud σοὶ è MSS. & Ruf.
u Τὸ τεῖχος] Τῶ τείχους Big.
x Τῆς ἐπιβολῆς,] In ora Cod. Big. Ἐπιχειρήματος.
y Πλαισιάν τι παρ' ἐλπίδας,] Πτοιοῦμαι Voss.
z Πάντοθεν] πανταχόθεν Ross.

a Ἓξ] Abest a L. B.
b Τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη,] Conf. supr. lib. 5. c. 5. §. 1. Spanh.
c Πρός τινα πέτραν,] Πρός τινι πέτρᾳ Zonar.
d Ἧπται] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 32. §. 1. Spanh.
e Ἐπ' αὐτῆς μὲν μεγίστου ψόφου κατέπεσεν.] Ἐπ' αὐτῷ Big. Voss. & Bod. ἐν αὐτῇ Zonar.
f Εἰς γόνυ κλαγγάσας,] Εἰς τὸ γόνυ Big.
g Ἠμύναλο,] Ἠμύνετο Big. & Zonar.
h Ἀπὸ πλήθους τραυμάτων] Ὑπὸ πλήθους Big.
i Χρῆσθαι δ' ἀνδρείαν τύχῃ,] Χρήσασθαι Big.
k Ἐπιβολῆς] Conf. supr. lib. 5. c. 5. §. 1. Spanh.
* Quod si cœpto casus inviderit, Ruf. Si destitueretur secundis, nihil præter spem sibi accidere, qui judicio proprio delegisset pro Cæsare mori; Pseudo-Hegesipp.
† Cum quod aggressus est superasset, lapsus est,] Ubi superavit, ab aggressione decidit. Spanh.

II. *Viginti è custodibus aggrediuntur Antoniam.*

7. Biduo autem post viginti de numero custodum, per aggeres excubantium, congregati, signiferum quidem legionis quintæ, & duos quosdam ex ala equitum, atque unum tubicinem ad se vocant. hora autem noctis nona tacite per ruinas ad Antoniam progrediuntur: occisisque primis custodibus qui obdormierant, murum occupant, & buccina signum dari jusserunt. quo cæteri quidem vigiles subito excitantur, fugiuntque priusquam numerum eorum qui ascenderunt discernere potuerant. Nam & timor & turba faciebant ut magna hostium multitudo ascendisse crederetur. Cæsar autem signo audito exercitum propere armari jubet, & cum ducibus primus, lectorum manu comitatus, ascendit. Cum autem Judæi ad templum confugerent, ipsi quoque per cuniculum, quem Joannes subter aggeres Romanorum excavarat, irruebant. discretique ab utroque agmine seditiosi, tam Joannis quam Simonis, arcebant eos summa vi atque alacritate repugnantes. Siquidem excidii finem putabant *locum* sanctum penetrasse Romanos, quod & illi pro victoriæ principio *habebant*. Ad ipsum autem aditum acris committitur pugna, his quidem templum vi occupare nitentibus, Judæis vero Antoniam versus eos repellentibus. Et sagittæ quidem & hastæ utrisque inutiles erant, strictis autem gladiis congrediebantur, & in ipso conflictu discerni non poterat ex qua parte quisque pugnaret, permixtis quidem viris & propter angustias permutatis, incerto vero clamore propter ejus magnitudinem ad aures accidente. Quin & multa utrinque cædes erat, & cadentium cadavera simul & arma conculcantes frangebant pugnatores. Semper autem ad utram partem vergens prælium gravius esset, se invicem adhortabantur superantes, cedentesque ejulatus edebant; & neque fugæ locus erat neque persecutioni, sed incerto modo nunc inclinarent, nunc se reflecterent, acie mixta confusaque. Qui vero inter primos steterant necesse habebant ut *alios* interficerent aut *ipsi* morerentur, quod refugere non daretur: nam & posteriores utriusque partis suos in frontem urgebant, nullumque dimicantibus spatium intermedium relinquebant. Cum autem Judæorum animi Romanorum peritiam vincerent, jamque omnino tota acies inclinaret, à nona enim hora noctis ad septimam diei usque pugnabant, hi quidem simul omnes, etiam excidii periculum pro incitamento ad virtutem habentes, Romani vero parte exercitus, (nondum enim ascenderant legiones illisque spes pugnantium nitebantur) tunc satis esse videbatur in præsens Antoniam occupare.

Antonia capitur.

III. *Juliani æquitis.*

8. Julianus vero quidam centurio ex Bithynia, vir non ignobilis, quem in illo bello & ipse cognovi, & armorum peritia & corporis viribus & animi fortitudine omnium præstantissimus, ubi Romanos jam cedere & male semet defendere conspexit, (nam Tito apud Antoniam adstabat) prosiliebat, & Judæos, cum victores essent, solus in fugam vertit *persequiturque* ad interioris templi angulum. Fugiebat autem universa multitudo, neque

---

Ζ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο τῶν προκοιμήτων τινὲς ὑπὸ τοῖς χώμασι φυλάκων εἴκοσι συνελθόντες, προσκαλοῦνται μὲν τὸ τοῦ πέμπτου τάγματος σημαιοφόρον, καὶ δύο τινὰς τῶν ἐν ταῖς ἴλαις ἱππέων, καὶ σαλπιγκτὴν ἕνα. κατὰ δὲ ἄρας τὸ νυκτὸς ἐνάτην, [1] προβαίνουσι μὲν ἡσυχῇ διὰ τῶν ἐρειπίων ὑπὸ τὴν Ἀντωνίαν· ἀποσφάξαντες δὲ τοὺς πρώτους τῶν φυλάκων [m] κοιμωμένους, κρατοῦσι τοῦ τείχους, καὶ τῷ σαλπιγκτῇ [n] σημαίνειν ἐκέλευσαν. πρὸς ὃ τῶν μὲν ἄλλων φυλάκων [o] ἐξανάστασις τε αἰφνίδιος ἦν καὶ φυγή, πρίν τινα τὸ πλῆθος [p] ὑπιδεῖν τὸ ὀλιγοστὸν. ὅ, τε γὰρ φόβος καὶ ἡ σάλπιγξ φαντασίαν αὐτοῖς [q] τοῦ πλήθους ἀναβεβηκέναι πολεμίων παρεῖχε. Καίσαρ δὲ, τὸ σημεῖον καλαχύσας, ἐξοπλίζει τήν τε δύναμιν [r] ἀφ' τάχους, καὶ μετὰ τῶν ἡγεμόνων πρῶτος [s] ἀναβαίνει τὰς ὑπλέκλιμας ἔχων. [t] καταφθεγγόντων δ' Ἰουδαίων εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ αὐτοὶ ἀφ' τοῦ [u] διώρυχος εἰσέπιπτον, ἣν ὁ Ἰωάννης [x] ὑπὸ τὰ χώματα τῶν Ρωμαίων ὑπώρυξε. καὶ [y] διαστάντες ἀπ' ἀμφοτέρων οἱ φασιασταὶ τῶν ταγμάτων, τοῦ τε Ἰωάννου καὶ τοῦ Σίμωνος, εἶργον αὐτοὺς, εὐδεμίαν ὅτε ἰσχὺν ὅτε προθυμίας ἐλλειπόντες ὑποβολήν. πέρας γὰρ ἀλώσεως ὑπελάμβανον, τὸ Ρωμαίους παρελθεῖν εἰς τὸ ἅγιον· ὃ δὴ καὶ κωλύειν, καὶ κρατεῖν ἔσχήν. συρρήγνυται δὲ περὶ τὰς εἰσόδους μάχη καρτερὰ, τῶν μὲν καταλαβεῖν καὶ τὸ ἱερὸν εἰσβιαζομένων, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἐξωθούντων αὐτοὺς ὑπὸ τὴν Ἀντωνίαν. καὶ τὰ βέλη μὲν ἦν ἀμφοτέροις ἄχρηστα, καὶ τὰ δόρατα. σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη συνεπλέκοντο, καὶ περὶ τὴν συμβολὴν ἄκριτον ἦν ὁπότεροι ἑκάστοις μάχοιντο. πεφυρμένων μὲν τῶν ἀνδρῶν καὶ περὶ τὴν στενοχωρίαν διηλλαγμένων, τῶν δὲ [z] βοὴς ἀσημάντου προσπιπτούσης διὰ τὸ μέγεθος. φόνος τε ἦν ἑκατέρωθεν πολὺς, καὶ τῶν πεσόντων τότε σώματα καὶ τὰς πανοπλίας [a] πατοῦντες ἔθραυον οἱ μαχόμενοι. ἀεὶ δ' ἐφ' ὁπότερον βρίσειε [b] ῥέπων ὁ πόλεμος, προσκέλευσις μὲν ἦν τῶν πολεμιωτέρων, οἰμωγαὶ δὲ τῶν τρεπομένων. ὅτε δ' αἱ φυγαὶ τόποι εἶχον, οὐδ' αἱ δόξεις, ἀλλ' [c] ἀνώμαλοι ῥοπαὶ καὶ [d] μεταλίσεις μεμιγμένης ἐγίνοντο τοῦ προσκλάξεως. τοῖς δ' ἔμπροσθεν γινομένοις ἢ τοῦ κλείνειν ἢ τοῦ θνήσκειν ἀνάγκη παρῆν, οὐκ ἔστης ἀναφυγῆς· οἱ μὲν γὰρ ὄπισθε, πρόσω βιαζόμενοι τοὺς σφετέρους παρ' ἀμφοῖν, οὐδὲ τῇ μάχῃ μεσαίχμιον καταλιπόν. πολιορκουμένων δὲ τῶν Ἰουδαίων τοῖς θυμοῖς τῶν Ρωμαίων ἐμπειρίαν, καὶ κλινομένης [e] καθάπαν ἤδη τῆς παρατάξεως, ἀπὸ μὲν σπάτης νυκτὸς ὥρας εἰς ἑβδόμην τῆς ἡμέρας ἐπολέμουν, οἱ μὲν ἀθρόοι, καὶ τὴν ἁλώσεως κίνδυνον ἔχοντες ἀνδρείας ἐφόδιον, Ρωμαῖοι μέρει τῆς δυνάμεως, ὅπως γὰρ [f] ἐπαναβεβήκει τὰ τάγματα, κατ' εἶχον οἱ μαχόμενοι, [g] τότε κρατεῖν τῆς Ἀντωνίας [h] ἀποχρῆν· ὅτι τῷ παρόντι ἐδόκει.

η'. Ἰουλιανός δέ τις ἑκατοντάρχης τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας, οὐκ ἄσημος ὢν ἀνὴρ, ὃν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστόρησα τὸν πόλεμον, ὅπλων τε ἐμπειρίᾳ, καὶ ἀλκῇ σώματος, καὶ ψυχῆς εὐθαρσείᾳ πάντων ἄριστος, ὁρῶν τοὺς Ρωμαίους ὀλιγοστοὺς ἤδη καὶ κακῶς ἀμυνομένους παρεστήκει τῷ Τίτῳ κατὰ τὴν Ἀντωνίαν προπηδᾷ, καὶ νικῶντας ἤδη τοὺς Ἰουδαίους τρέπεται μόνος μέχρι τοῦ ἐσωτέρω ἱεροῦ γωνίας. ἔφθη δὲ τὸ πλῆθος ἄθρουν, ὅτε τὴν ἰσχὺν, ὅτε τὴν τόλ-

---

l Προβαίνουσι μὲν ἡσυχῇ] Προσβαίνουσι *Big. Voss.* & *Bod.*

m Κοιμωμένους,] κεκμηκότας *Rost.*

n Σημαίνειν] σημαίνων &c. Σκιλπίζων *Hesychius.* SPANH.

o Ἐξανάστασίς τε] Ita *Big.* ἐξανάστασις αἰφν. in *cæteris.*

p Ὑπιδεῖν τὸ ὀλιγοστόν.] Ἰδεῖν *Big.*

q Τοῦ πλήθους] Τὸ πλῆθος *L. B.*

r Διὰ τάχους,] Καὶὰ τάχος *Big.*

s Ἀναβαίνει τὰς ὑπλέκλιμας ἔχων.] ἐπιβαίνει τὰς ὑπιλ. ἐχ. *L. B.* ἐπιβαίνει ἔχων ἐκ. deleto τὰς *Rost.*

t Καταφθεγγόντων δ' Ἰουδαίων] Καταπεφθεγγότων *Big.*

u Διώρυχος] Conf. de Vita §. 31. SPANH.

x Ὑπὸ τὰ χώματα] Ἐπὶ τὰ χώματα *Big. Lugd. Bat. Vat.* & *Bod.*

y Διαστάντες ἀπ' ἀμφοῖν] Διαστάντες ἐκ' ἀμφοτέρων *Vat.* Διαστάντες ἐπ' ἀμφοτέρων *Big.* Διαστάντες ἐκ' ἀμφ. *Rost.*

z Βοὴς ἀσημάντου] Ita in quibusdam *MSS.* βίας in *Editis Aliisque.*

a Πατοῦντες ἔθραυον] Σωπατοῦντες *Big.*

b Ῥέπων ὁ πόλεμος,] Ita lego cum *Lamb. Bos.* in *Animadversionibus* ad *Scriptores quosdam Græcos*, p. 103. antea erat ῥέων, quod & agnovit *Rufinus*, qui vertit *fluctuans.*

c Ἀνώμαλοι ῥοπαὶ] Ἀγχώμαλοι *Big.*

d Μεταλίσεις μεμιγμένης] Ita cum *Cod. Big.* μεταλλήσεως in *cæteris.*

e Καθάπαν ἤδη] Καθάπαξ *Big.* & *Vat.*

f Ἐπαναβεβήκει] Ἀναβεβήκει *Vat.*

g Τότε κρατεῖν] τό, γε κρατεῖν *L. B.*

h Ἀποχρῆν] Forte ἀπεχρῆναι Cocc.

i Ἐπ-

ἢ τόλμαν ἀνθρωπίνην [i] ὑπολαμβάνοντες. ὁ δὲ, διὰ μέσων τῶν σπεδαννυμένων ἄλλοις ἄλλη [k] διήτησεν, ἐφόνευε τοὺς καλαλαμβανομένους· καὶ τὸ ὄψεως ἀνείμενον ἰδεῖν ἔστε τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον, ἔστε τοῖς ἄλλοις φοβερώτερον. ἐδιώκετο δ' ἄρα καὶ αὐτὸς [l] ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, ἣν ἀμήχανον διαφυγεῖν θνητὸν ὄντα. [m] τὰ γὰρ ὑποδήματα [n] πεπαρμένα συκαῖς καὶ ὀξέσιν ἥλοις ἔχων, ὥσπερ τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ἕκαστος, καὶ κατὰ [o] λιθοστρώτου τρέχων [p] ὑπολιθαίνη. πεσὼν δ' ὑπὸ μὲν μεγίστου τῆς παροπλίας ἦχθη, τὸν [q] φεύγοντας ἐπιστρέφη. καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας Ῥωμαίων ἤρθη βοὴ, [r] ὡς ταῦτα δεισάντων· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι δείσαντες [s] αὐτὸν ἀθρόοι, τοῖς τε ξυστοῖς καὶ ταῖς ῥομφαίαις [t] πάντοθεν ἔπαιον. ὁ δὲ πολὺν μὲν τῷ θυρεῷ σίδηρον ἐξεδέχετο, πολλάκις δ' ἀνασχεῖν πειράσας, ὑπὸ τῆς πλήθους τῶν τυπτόντων ἀνερράπη, [v] καὶ κείμενος δ' ὅμως ἔνυττε τῷ ξίφει πολλούς. ἤδη γὰρ ἀπρέπεια ταχέως, τῷ τε κράνει καὶ τῷ θώρακι πεφραγμένῳ [x] πάντα τὰ καίρια πρὸς σφαγὴν, καὶ τὸ αὐχένα συμέλικων, [y] μέχρι κοπτομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων μελῶν, καὶ μηδενὸς προσαμῦναι τολμῶντος, ἐνέδοκε. δεινὸν δὲ πάθος εἰσῆλθε [z] Καίσαρα ἀνδρὸς ἔτους ἀρετῆς, καὶ ἐν ὀλίγῃ τοσούτων φονευομένων. καὶ αὐτὸν μὲν ὁ τόπος διέκλεισε [z] τῆς βοηθεῖν [a] βουλομένης, τοὺς δυναμένους δὲ καλάπληξις. Ἰουλιανὸς μὲν γὰρ πολλὰ [b] διαπαλαίσας, καὶ τῶν [c] κτεινάντων ὀλίγους [d] ἀπλήγας καλαλιπὼν, μόλις ἀποσφάλης, μέγιστον ἦν θαῦμα Ῥωμαίοις καὶ Καίσαρι μόνον, ἀλλὰ καὶ θαῦμα τοῖς πολεμίοις κλέος καλαλιπών. Ἰουδαῖοι δὲ, καὶ τὸν νεκρὸν ἁρπασάμενοι, πάλιν τοὺς Ῥωμαίους τρέπονται, καὶ καταλείουσιν εἰς τὴν Ἀντωνίαν. ἠγωνίσαντο δ' ἐξ αὐτοῦ ὅπως σήμερον καὶ ταύτην τὴν μάχην, Ἀλεξᾶς μέν τε καὶ Γυφθαῖος τῶν Ἰωάννου τάγματος ὄντες τῶν περὶ Σίμωνα, Μαλαχίας τε, καὶ ὁ τοῦ [e] Μέρτου Ἰούδας, καὶ [f] Σωσᾶ υἱὸς [g] Ἰάκωβος τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμόνων, τῶν ὄντων ζηλωτῶν ἀδελφοὶ δύο, [h] παῖδες Ἰαείρου Σίμων τε καὶ Ἰούδης.

vim ejus neque audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens, quos alios aliò disjecerat, ipsos quos prehendit interficiebat: illoque spectaculo nihil aut Cæsari magis admirabile visum est, aut aliis magis horribile. Verum & ipsum profecto fata persequebantur, quæ utpote mortalis vitare non potuit. Nam calceis crebros clavos & acutos, ut & cæteri milites, infixos habens, & in solo lapidibus strato currens prolabitur: cumque resupinus caderet, magnoque cum armorum sonitu, fugientes in se convertit. Et Romanorum quidem clamor ex Antonia sublatus est, saluti ejus metuentium: Judæi vero multi simul hastis & gladiis *eum* undique feriebant. Ille autem multam quidem ferri vim scuto excipiebat; sæpe vero conatus semet erigere, percutientium multitudine prosternebatur: ac jacens tamen multos gladio vulnerabat. nec enim cito peremptus est, galea & thorace per omnia tectus ubi plagam lethalem acciperet, contractaque cervice, donec concisis aliis ejus membris, & nemine ei succurrere audente, morti succubuit. Ingentem autem dolorem capiebat Cæsar ex viro tantæ fortitudinis etiam in conspectu tot virorum occiso: & locus ipsum quidem discludebat, auxilium ferre cupientem; alios autem, cum possent, metus *impediebat*. Et Julianus quidem diu cum morte luctatus, * relictisque paucis interfectorum suorum quos non percusserat, ægre perimitur; magna sui gloria non apud Romanos tantum & Cæsarem, verum apud hostes quoque relicta. Judæi vero etiam rapto mortui cadavere Romanos iterum in fugam vertunt & in Antoniam concludunt. Insigniter autem in eo prælio decertarunt, Alexas quidam & Gyphthæus ex agmine Joannis; ex parte vero Simonis Malachias & Mertonis filius Judas, & Sosæ filius Jacobus dux Idumæorum, Zelotarum vero fratres duo, Jairi filii, Simon & Judas.

Caliga clavis suffixa.

Juliani error.

ΚΕΦ. β'.

Ὅπως Τῖτος, καλασκάψαι προσέταξε τὴν Ἀντωνίαν, καὶ Ἰώσηπον προτρέψαιτο τοὺς Ἰουδαίους αὖθις παραινέσαι.

CAP. II.

Quomodo Titus, cum Antoniam dirui jussisset, Josephum incitavit ut Judæos iterum verbis hortaretur.

[i] Τῖτος δὲ τοῖς μὲν σὺν αὐτῷ στρατιώταις καλασκάπτειν προσέταξε τὴν θεμελίους τῆς Ἀντωνίας, καὶ τῇ δυνάμει πᾶσαν ῥᾳδίαν τὴν ἄνοδον εὐτρεπίζειν. αὐτὸς δὲ τὸν Ἰώσηπον προσκαλεσάμενος ἐπέστειλε μὲν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, Πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν [k] ἐνδελεχισμὸν καλούμενον, [l] ἀνδρῶν ἔνδειαν λαμβάνειν τῷ Θεῷ, καὶ τὸν δῆμον ὅτι τούτῳ δυνατὸν

Titus Antoniæ fundamenta everti jubet.

Titus autem militibus qui cum eo quidem erant, imperavit, ut Antoniæ fundamenta diruerent, facilemque ascensum toti exercitui dare curarent: ipse vero, cum Josephum ad se vocasset (nam audiverat eo die, qui erat mensis Panemi decimus septimus, juge sacrificium, ut vocabatur, virorum penuria Deo defuisse, idque populum

i Ὑπολαμβάνοντες.] ὑπολαβόντες *Rost.*
k Διήτουν,] Sic διήτουν *Gen.* infr. c. 5. §. 1. SPANH.
l Ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, —θνητὸν ὄντα.] Conf. Antt. lib. 8. c. 15. §. 6. SPANH.
m Τὰ μὲν ὑποδήματα] Videsis *Baldsinum* de Calceis Antiquis c. 13. & *Nigronum* de Caliga c. 4.
n Πεπαρμένα συκαῖς καὶ ὀξέσιν ἥλοις ἔχων,] Vocem πεπαρμένα non agnoscit *Big.*
o Λιθοστρότου] Solum montis templi הר הבית REL.
p Ὑπολιθαίνη.] Ὑπολιθάνει *Big. Lugd. Bas.* & *Vat.* καλαλιθαίνει *Zonar.*
q Φεύγοντας ἐπιστρέφη.] Καλαφεύγοντας *Voss.*
r Περὶ τοῦδε διεστάτων.] Περὶ τοῦδε ἐστὼς *Big.*
s Αὐτὸν ἀθρόοι,] Αὐτῷ *Big.*
t Πάντοθεν ἔπαιον.] Παλαχόθεν *Voss. Rost.* & *Bod.*
v Καὶ κείμενος δ' ὅμως] Καὶτοῦτοι *Vat. Voss.* & *Bod.*
x Πάντα τὰ καίρια] Τὰ καίρια πάντα *Big.*
y Καίσαρα ἀνδρὸς] Καίσαρι *Big.*
z Τῆς βοηθεῖν] τὸν βοηθεῖν *Rost.*
a Ἐβούλετο,] Θέλοντα *Big. Rost. Voss. Vat.* & *Bod.*

b Διαπαλαίσας,] Conf. supr. lib. 4. c. 1. §. 4. SPANH.
c Κτεινάντων ὀλίγους] Κτεινόντων *Big.*
d Ἀπλήγας] Conf. supr. lib. 2. c. 14. §. 1. SPANH.
e Μέρτου Ἰούδης,] Μελίτου *Big.*
f Σωσᾶ υἱὸς] Conf. supr. lib. 3. c. 4. §. 2. SPANH.
g Ἰάκωβος] Ἰακώβου *L. B.*
h Παῖδες Ἰαείρου Σίμων] δύο παῖδες, Ἀρσίμων &c. *Rost.*
i Τῖτος] Καῖσαρ *L. B.* & *Rost.*
k Ἐνδελεχισμὸν καλούμενον,] Conf. supr. lib. 1. c. 1. §. 1. SPANH. Ita vocat sacrificium juge, sive quotidianum, תמיד Talmudicis, ex agno constans uno, qui mane, altero qui vesperi offerebatur. REL.
l Ἀνδρῶν ἔνδειαν] ἄμνων alii legunt pro ἀνδρῶν. Sed omnino ἀνδρῶν defectum fuisse liquet ex sequentibus, quod Titus ipse Judæos (sacerdotes nempe) quos eligeret obtulerit ut sacra iterum fierent. REL.

* Cum non paucos interfectorum suorum saucios reliquisset, *Rasf.*

lum valde dolere) Joanni dicere iterum præcepit quæ & ante *mandaverat*: „ quod, ſi quis etiam „ eum pugnandi pravus amor teneret, cum qua vel- „ let multitudine ad bellum progrederetur, dum „ modo non una ſecum & civitas interiret ſimul „ & templum. ſanctum tamen locum violare de- „ ſineret, neve in Deum nefas admitteret. ipſi au- „ tem licere ſacra interminſſa celebrare per Judæos „ quos *ipſe* delecturus eſſet." Atque Joſephus, quaſi non ſoli Joanni, ſed etiam pluribus (cum conſtitiſſet, unde exaudiri poſſet) quæque *ipſi* in mandatis dederat Cæſar Hebraïce nunciavit, multiſque *eos* precabatur, „ ut patriæ parcerent, „ ignemque jam templum attingentem depellerent, „ Deoque vota redderent conſueta." Ad hæc mœſtitia tenebatur populus & ſilentio. Tyrannus autem, cum multa Joſepho convicia dixiſſet & maledicta, poſtremo addidit, „ nunquam *ſibi* ex- „ cidium eſſe metuendum, utpote quod Dei civi- „ tas eſſet." Atque Joſephus ad iſta exclamavit, „ Eam quippe Deo omnino puram conſervaſti, „ & ſacrarium manet incontaminatum. nec in eum, „ cujus ſperas auxilium, aliquid ſceleris admiſiſti; „ ſed *is* ſacra ſolennia conſequitur. Et ſiquidem „ tibi, ô ſceleratiſſime, quiſquam quotidianum „ auferat cibum, eum pro hoſte nefario habebis; „ ipſum vero Deum, quem perpetuo cultu pri- „ vaſti, in bello tibi auxilio ſperas futurum? & „ Romanis peccata imputas, qui hucuſque legi- „ bus noſtris curam adhibent; & quæ ipſe inter- „ dixiſti ſacra, Deo ut reddantur vi conſendunt? „ Quis non gemeret, & urbem ob inopinatam „ mutationem deſleret, quod alienigenæ quidem „ hoſteſque impietatem tuam emendatum eant; „ tu vero Judæus, inter leges eductus, eis etiam „ quam illi infeſtior ſis? Atqui, Joannes, ut „ malorum te pœniteat non turpe eſt in extremis, „ bonumque tibi exemplum civitate ſervare cu- „ pienti propoſitum eſt in Jechonia rege Judæo- „ rum: qui, cum olim Babylonius propter ipſum „ cum exercitu *contra urbem* veniſſet, ſponte ea, „ priuſquam caperetur, exceſſit, & cum cogna- „ tione ſua voluntariam captivitatem ſuſtinuit, „ ne ſancta hæc hoſtibus proderet, Deique do- „ mum ardentem videret. Ob hoc *ſane* ſacra „ omnium Judæorum commemoratione celebra- „ tur, eumque memoria per ſæcula tranſmiſſa „ ſemper nova immortalem poſteris tradidit. Bo- „ num, ô Joannes, exemplar, etiamſi immineat „ periculum. Ego autem veniam quoque tibi à „ Romanis ſpondeo. At memento quod popu- „ laris qui ſum te moneam, Judæuſque iſta pro- „ mittam: ſpectárique oporteat quis ſit auctor, „ & unde *conſilium*. Abſit enim unquam me ita „ captivum vivere, ut genus in memoria tenere „ deſinam, aut eorum quæ è patria mea ſint obli- „ viſcar. Rurſum indignaris, & vociferaris, „ mihique maledicis. Etiam acerbiora mereor, „ qui adverſus fata te hortor & ſuadeam,

Joannem ad prælium provocat.

Joſephus interpres Cæſaris orat obſecratque Judæos.

Tyrannus conviciatur Joſepho.

Joſephi oratio, Judæis deditionem ſuadens.

ἀθυμεῖν. [m] λέγειν τῷ Ἰωάννῃ πάλιν ἐκέλευσεν ἃ καὶ πρότερον. „ ὡς εἰ καί τις αὐτὸν ἔρως κακὸς ἔχοι τῆς „ μάχεως, [n] προελθόντι μεθ' ὅσων βούλεται πολεμεῖν „ [o] ἐξίη, δίχα δὲ συναπολέως τήν τε πόλιν καὶ τὸν „ ναὸν [p] αὐτῷ. μηκέτι μέντοι μιαίνειν τὸ ἅγιον, μηδὲ „ εἰς τὸ Θεὸν πλημμελεῖν. παρεῖναι δ' αὐτῷ τὰς ὑπο- „ λελειπυίας θυσίας ἐκτελεῖν, δι' ὧν ἂν ὑπολέξηται „ Ἰουδαίων." καὶ ὁ Ἰώσηπος, [q] ὡς ἂν εἰ μὴ τῷ Ἰωάν- νῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς, [r] ἐν ἐπηκόῳ τότε τοῦ Καίσαρος διήγγειλεν [s] Ἑβραΐζων, καὶ πολλὰ προσηλίσκετο, „ Φείσασθαι δὲ πατρίδος καὶ „ δᾶσαι τῷ ναῷ γηθόμενον ἤδη τὸ πῦρ, τούς τε ἐπα- „ γομένους [t] ὑποδιδόναι τῷ Θεῷ." πρὸς ταῦτα τῷ δήμῳ μὲν ἦν καθήφεια καὶ σιγή. πολλὰ δ' ὁ τύραννος λοιδορηθείς τε τῷ Ἰωσήπῳ καὶ καταρασάμενος, τὸ τε- λευταῖον προσέθηκεν, „ ὡς οὐκ ἄν ποτε δείσειεν ἄλω- „ σιν, Θεοῦ γὰρ ὑπάρχειν [u] τὴν πόλιν." καὶ ὁ Ἰώσηπος πρὸς ταῦτα ἀνέκραγεν. „ πάνυ γοῦν καθαρὰν τῷ Θεῷ „ τετήρηκας αὐτήν, ἀμίαντον δὲ μένει τὸ ἅγιον. [v] εἰς „ ὃν δὲ ἐλπίζεις σύμμαχον, ἐδὲν ἠσέβησας. τὰς δὲ „ ἐθίμους θυσίας ἀπολαμβάνῃ. καὶ μήν σε τίς [x] ἀφέ- „ λῃται τὰ καθ' ἡμέραν τροφήν, ἀσεβέσαι, τοῦτον „ [y] ἡγήσῃ πολέμιον· [z] αὐτὸν δὲ, ὃν τῆς αἰωνίου θρη- „ σκείας [a] ἐξέπεμψας Θεὸν, ἐλπίζεις σύμμαχον ἕξειν „ ἐν τῷ πολέμῳ; καὶ Ῥωμαίοις τὰς ἁμαρτίας [b] ἀνα- „ τίθης, οἳ μέχρι νῦν κήδονται τῶν ἡμετέρων νόμων, καὶ „ τὰς ὑπὸ σοῦ βλασφημουμένας θυσίας ἀποδίδοσθαι τῷ „ Θεῷ βιάζονται; τίς οὐκ ἂν [c] ζηνάξειεν, καὶ κα- „ λαφύραιτο τὴν ὠμηδόξω μεταβολὴν τῆς πόλεως, εἴγε „ ἀλλόφυλοι μὲν καὶ πολέμιοι τὴν ἀσέβειαν ἐπα- „ νορθοῦνται, σὺ δὲ [d] Ἰουδαῖος, ὁ τοῖς νόμοις ἐστρα- „ φείς, κἀκείνων πρὸς αὐτοὺς γίνῃ χαλεπώτερος; „ [e] ἀλλά τοι, Ἰωάννη, καὶ μεταγνῶναί μοι ἐκ κακῶν „ οὐκ αἰσχρὸν ἐν ἐσχάτοις, καὶ καλὸν ὑπόδειγμα βου- „ λόμενα σώζειν τὴν πατρίδα σοι πρόκειται, βασιλεὺς „ Ἰουδαίων Ἰεχωνίας· ὃς πόλεμον ἐπανελθόντι τῷ Βαβυ- „ λωνίῳ δι' αὐτὸν ἐκὼν ἐξέστη [f] πρὶν ἁλῶναι τὴν πό- „ λεως, καὶ μὴ γενεᾶς αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινεν ἐθε- „ λούσιον, ὑπὲρ τοῦ μὴ παραδοθῆναι ταῦτα πολεμίοις „ τὰ ἅγια, καὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ [g] περιιδεῖν φλεγό- „ μενον. ἀφ' οὗτο λόγου τε αὐτὸν πρὸς [h] ἁπάν- „ των Ἰουδαίων ἱερὸς [i] ἀγνυμνεῖ, καὶ μνήμη ῥέουσα δι' αἰῶ- „ νος ἀεὶ νέα τοῖς ὑπογενομένοις παραδίδωσιν ἀθάνα- „ τον. καλὸν, ὦ Ἰωάννη, ὑπόδειγμα, καὶ πρόσηνες „ κίνδυνος. ἐγὼ δέ σοι καὶ [k] παρὰ Ῥωμαίων συγγνώ- „ μην ἐγγυῶμαι. μέμνησο δὲ, ὡς ὁμόφυλος ὢν παρ- „ αινῶ, καὶ Ἰουδαῖος ὢν ἐπαγγέλλομαι· καὶ χρὴ σκο- „ πεῖν, τίς ὁ συμβουλεύων, καὶ πόθεν. μὴ γὰρ ἐγωγέ „ ποτε γενοίμην ζῶν ἕτως αἰχμάλωτος, ἵνα παύ- „ σωμαι τοῦ γένους, ἢ τὰ πατρῖα θπιλάθωμαι. πάλιν „ ἀγαναχτεῖς, καὶ κεκραγάς μοι λοιδορέμενος. [l] ἄξιός „ γε καὶ χαλεπωτέρων, ὃς [m] ἀντίκρυς εἱμαρμένης τὶ „ πα-

[m] Λέγειν] Ita *Big.* antea erat λέγειν τῷ.
[n] Προελθόντι] Προσελθόντι *Big.*
[o] Ἐξίη,] ἐξίοι *L. B.*
[p] Αὐτῷ.] Ita reſcripſi è *Cod. Big.* αὐτῶ in *Editis Aliiſque.*
[q] Ὡς ἂν εἰ μὴ] Ὡς ἂν εἰη *Vat.* & *Bod.* quo admiſſo dicendum vocem ἀκουσὸς aut ſimile vocabulum deſiderari. *Ruſinus* vertit, *ne ſoli Joanni hæc intimarentur, ſed etiam pluribus, unde exaudiri poſſet conſtitit, & mandata Cæſaris Hebraico ſermone diſſeruit.*
[r] Ἐν ἐπηκόῳ τοῦς,] Conf. ſupr. lib. 3. c. 9. §. 2. SPANH.
[s] Ἑβραΐζων,] Quis ergo dubitet linguæ Hebraïcæ peritum fuiſſe Joſephum. REL.
[t] Ἐπιδιδόναι τῷ Θεῷ.] Ἀποδόναι *Big.*
[u] Εἰς ὃν δὲ ἐλπίζεις σύμμαχον,] Εἰς ὃν τ' ἐλπίζεις σύμμα- χον *Big.*
[x] Ἀφέληται] Ἀφίκη *Big.* & *Bod.*
[y] Ἡγήσῃ πολέμιον] Ἡγήσαι *Big.*
[z] Αὐτὸν δὲ,] αὐτὸς δὲ *L. B.*
[a] Ἐξέπεμψας Θεὸν,] Ἀπεπέμψας *Big.*
[b] Ἀνατίθης,] ἀνατίθεις *L. B.*
[c] Ζηνάξειεν,] ζηνάξει *L. B.* ζηνάξει *Roſt.*
[d] Ἰουδαῖος,] ὁ Ἰουδαῖος *L. B.*
[e] Ἀλλά τοι,] Ἀλλ' ὦ Ἰωάννη *Voſſ.* & *Bod.*
[f] Πρὶν ἁλῶναι] πρὶν ἁλῶσαι *L. B.*
[g] Περιιδεῖν φλεγόμενον.] Ἰδεῖν legiſſe videtur *Ruf.*
[h] Ἁπάντων Ἰουδαίων ἱερὸς] Vocem ἁπάντων neglexit *Ruf.* Conf. Antt. lib. 10. c. 7. §. 1. SPANH.
[i] Ἀνυμνεῖ, καὶ μνήμη——παραδίδωσιν ἀθάνατον.] Ita cum *Cod. Big.* ὑμνεῖ in *Editis Aliiſque.*
[k] Παρὰ Ῥωμαίων] ὑπὸ Ῥωμ. *L. B.*
[l] Ἄξιός γε] ἀξιῶγε *MS. Lipſ.* & *L. B.*
[m] Ἀντίκρυς εἱμαρμένης τὶ παρεινῶ,] Conf. Antt. lib. 8. c. 15. §. 6. SPANH.

» ἀξιῶ, καὶ τὰς [n] ὑπὸ Θεῶ βιάζομαι καλαχρίτας
» σώζειν τίς οὐκ οἶδε [o] τὰς τῶν παλαιῶν προφητῶν
» ἀναγραφὰς, καὶ τὸν [p] ἐπιρρέποντα τῇ τλήμονι πόλει
» χρησμὸν, ἤδη ἐνεστῶτα. τότε γὰρ ἅλωσιν αὐτῆς
» προεῖπον, ὅταν ὁμοφύλων τις ἄρξῃ [q] φόνου. τῶν [r] ὑμε-
» τέρων δὲ σωμάτων οὐχ ἡ πόλις, καὶ τὸ ἱερὸν ἅπαν
» πεπλήρωται; Θεὸς ἄρα, Θεὸς αὐτὸς ἐπάγει μὲν
» Ρωμαίων [s] καθάρσιον [t] αὐτῷ πῦρ, καὶ τῶν τοσούτων
» μιασμάτων γέμουσαν πόλιν ἀναρπάζει.

β. Ταῦτα λέγων ὁ Ἰώσηπος [v] μετ' ὀδυρμῶν καὶ δακρύων, λυγμῷ τὴν φωνὴν [x] ἀνεκόπη. καὶ Ρωμαῖοι μὲν ἐλεήσαν τε τὰ πάθη, καὶ τὴν προαιρέσεως αὐτὸν ἐθαύμασαν. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωάννην παρωξύνοντο μᾶλλον ὅτι τοῖς Ρωμαίοις, ἐπιθυμοῦντες ἐγκρατεῖς [y] καὶ ἐκείνῳ γενέσθαι. τῶν γε μὴν εὐγενῶν πολλοὺς [z] ἐκίνησεν ὁ λόγος. καὶ τινὲς μὲν, ὀρρωδοῦντες τὰς φυλακὰς τῶν στασιαστῶν, κατὰ χώραν ἔμενον, ἀπώλειαν μέντοι σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως καλεγνώκεσαν. εἰσὶ δ' οἳ, καιροφυλακήσαντες ἄδειαν [a] ἀναχωρήσεως, πρὸς τοὺς Ρωμαίους καλέφυγον. [b] ὧν ἦσαν ἀρχιερεῖς μὲν Ἰώσηπός τε καὶ Ἰησοῦς, υἱοὶ δ' ἀρχιερέων, τρεῖς μὲν Ἰσμαήλου τοῦ καλομενθέντος ἐν Κυρήνῃ, καὶ τοῦ Ματθίου [c] τέσσαρες, καὶ εἷς ἕτερος [d] Ματθίου παῖς, ἀδελφὰς μὲν τοῦ πατρὸς ἀπώλεσαν, ὃν ὁ τοῦ Γιώρα Σίμων ἀπέκτεινε, σὺν τρισὶν υἱοῖς, ὡς προείρηται. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων εὐγενῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι [e] συμμεθάλλοντο. Καῖσαρ δ' αὐτοὺς τότε ἄλλα φιλοφρόνως ἐδέξατο, καὶ γινώσκων ἀλλοφύλοις ἤθεσιν ἀνδρὶ τὴν ἀδατρι-βῆν ἔξειν, ἀπέπεμψεν αὐτοὺς εἰς Γόφναν, τέως ἐκεῖ παραινῶν μένειν· ἀποδώσειν γὰρ ἑκάστῳ τὰς κλήσεις, καὶ σχολὴν ἀπὸ τοῦ πολέμου γενόμενος. οἱ μὲν δὴ εἰς τὸ δοθὲν παλίγκιον, μετὰ πάσης ἀσφαλείας, ἀνε-χώρουν ἄσμενοι. μὴ φαινομένων δ' αὐτοῖς, διεφήμισαν οἱ στασιασταὶ πάλιν, ὡς ἀποφαγεῖεν ὑπὸ Ρωμαίων οἱ αὐτόμολοι, [f] δηλονότι τοὺς λοιποὺς ἀποτρέποντες τοῦ φόβου ἀποδιδράσκειν. ἦν τι δ' ὡς καὶ πρότερον αὐτοῖς τὸ πανοῦργημα πρὸς καιρὸν, ἐπεκέθησαν γὰρ ὑπὸ τοῦ δέους αὐτομολεῖν.

γ. Αἴθις δ', ὡς ἀναχαλέσας τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῆς Γόφνας Τίτος ἐκέλευσε μετὰ τοῦ Ἰωσήπου προελθόντας τὸ τεῖχος ὀφθῆναι τῷ δήμῳ, πλεῖστοι πρὸς τοὺς Ρωμαίους ἔφυγον. γινόμενοι δ' ἀθρόοι, καὶ πρὸ τῶν Ρωμαίων ἱστάμενοι, μετ' οἰμωγῆς καὶ δακρύων ἱκέτευον τοὺς στασιαστὰς, τὸ μὲν πρῶτον, ὅλην τοὺς Ρωμαίους δέξασθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰ πατρίδα σῶσαι πάλιν· εἰ δὲ μὴ, τοῦ γε ἱεροῦ πάντως ὑπεξελθεῖν, καὶ ῥύσασθαι τὸν ναὸν αὐτοῖς. εἰ γὰρ ἂν τολμῆσαι Ρωμαίους μὴ μετὰ μεγίστης ἀνάγκης καλαφλέξαι τὰ ἅγια. τούτοις μᾶλλον ἀντεφιλονείκουν, καὶ πολλὰ βλάσφημα τοῖς αὐτομόλοις ἀντικεκραγότες, ὅπου τῶν ἱερῶν πυλῶν τοὺς τε ὀχυρωτὰς καὶ καλαπέλτας καὶ λιθοβόλους μηχανὰς διέστησαν. ὡς τὸ κύκλῳ μὲν ἱερὸν ἀπὸ πλήθους νεκρῶν προσοικέναι [g] πολυανδρίῳ, τὸν δὲ ναὸν αὐτὸν φρουρίῳ. τοῖς δ' ἁγίοις καὶ ἀβάτοις μετὰ ὅπλων εἰσεπήδων, θερμὰς ἔτι τὰς χεῖρας [h] ἐξ ὁμοφύλων ἔχοντες φόνων· καὶ πρόκοψαν εἰς τοσοῦτον πα-

» Deique ſententia condemnatos ſervare conten-
» dam. Quis ignorat ſcripta veterum prophetarum, & oraculum quod miſeræ civitati jam præſens imminet. Tunc enim ejus excidium *fore* » prædixêre, quando aliquis è popularibus cædem » patrare incipiet. Veſtris autem cadaveribus nonne civitas & templum omne repletum eſt? Deus » profecto, Deus ipſe cum Romanis ignem ei luſtrationis infert, totque ſcelerum plenam civitatem è ſedibus evellit.

2. Hæc Joſepho cum fletu & lachrymis proſequente, ſingultibus vox ejus interrupta eſt. Et Romani quidem miſerati ſunt & ipſum ob ea quæ paſſus eſt, & admirati eorum ergo quæ facere deſtinavit: Joannes autem ejuſque ſocii magis contra Romanos irritabantur, illum quoque capere cupientes. Cæterum nobilium plurimos commovit *ejus* oratio. & nonnulli quidem, ſeditioſorum cuſtodias formidantes; cum ſociis ſuis manebant, quamvis certi de ſuo pariter & civitatis exitio. Erant autem qui, capto ſecuræ diſceſſionis tempore, ad Romanos confugere. in quibus erant Joſephus quidem & Jeſus pontifices; filii vero pontificum, tres quidem Iſmaëli, cui apud Cyrenen fuerat caput abſciſſum; & Matthiæ quatuor, alterius vero Matthiæ unus, qui poſt interitum patris auſugerat, quem Simon Gioræ cum tribus filiis, ut ſupra dictum eſt, interemit. Multi autem ex aliis nobilibus una cum pontificibus migrabant *ad Romanos*: eoſque Cæſar cætera humaniter excepit, ſcienſque inter alienigenarum mores haud jucunde illos victuros eſſe, in Gophnam dimiſit, eis interim illic manere perſuadens, ut qui poſſeſſiones ſingulis redditurus eſſet, cum bello confecto frueretur otio. Et illi quidem in urbeculam *ſibi* conceſſam, cum omni ſecuritate, læti diſcedebant. Cum autem illi non compararent, ſeditioſi iterum divulgarunt, transfugas à Romanis occiſos eſſe, ſcilicet ut metu à fuga reliquos deterrerent. Et pauliſper *quidem* ut antea hæc calliditas eis profuit: nam metus eos impedivit quo minus transfugerent.

Joannes cum ſuis irritati.

Judæorum nobilium plurimi ad Romanos confugiunt.

Cæſar eos humaniter excipit.

3. Rurſus autem, poſtquam eos Titus revocatos à Gophna cum Joſepho muros obire & populo in conſpectum dari juſſiſſet, plurimi ad Romanos fugiebant. Frequentes vero congregati, & ante Romanos ſtantes, cum ejulatu & lachrymis ſeditioſis ſupplicabant, primo quidem ut Romanos in omnem civitatem reciperent, patriamque iterum ſervarent: ſin vero hoc diſpliceret, ſaltem de fano exirent, templumque ſibi eruerent. non enim auſuros ne maxima quidem neceſſitate Romanos ignem ſanctis immittere. His autem illi magis adverſabantur; cumque multa in transfugas vociferaſſent maledicta, ſupra ſacras portas ſcorpiones & catapultas & baliſtas diſpoſuêrunt. adeo ut omne quidem circa fanum ſpatium mortuorum multitudine cœmeterio, templum vero ipſum caſtello ſimile videretur. In loca autem ſancta & inacceſſa, cum armis & manibus adhuc gentili cæde calentibus, inſiliebant; & eò iniquitatis proceſſe-

Judæorum ad deditionem impetus.

---

n Ὑπὸ Θεῷ βιάζομαι] Ὑπὸ τῷ Θεῷ *Big.* & *Bod.*

o Τὰς τῶν παλαιῶν προφητῶν ἀναγραφὰς,] Conf. ſupr. lib. 4. c. 6. §. 3. SPANH.

p Ἐπιρρέποντα τῇ τλήμονι—ἅλωσιν αὐτῆς προεῖπον,] Ἐπιλείποντα *Big.*

q Φόνου.] Ad Danielis Prophetiam reſpicit. REL.

r Ὑμῶν δὲ σωμάτων] Ita *Big. Voſſ.* & *Ruf.* ἡμετέρων in *cæteris*.

s Καθάρσιον] Κάθαρσιν *Big. Lipſ.* & *Vat.* Conf. Antt. lib. XX. c. 7. §. 5. SPANH.

t Αὐτῷ πῦρ,] Αὐτῷ legiſſe videtur *Ruf.*

v Μετ' ὀδυρμῶν] Μετ' ὀδυρμῶν *Big.*

x Ἀνεκόπη.] Ἐνεκόπη *Big. Lugd. Bat.* & *Vat.*

y Ἐκείνῳ] Ita *Big. Lipſ. Voſſ.* & *Bodw.* antea erat ἐγκρατεῖς γενέσθαι ἐκείνου.

z Ἐκίνησεν ὁ λόγος.] ἐνίκησε κακεῖνα ὁ λόγος *Roſt.*

a Ἀναχωρήσεως,] ἀναχωρησάντων *Roſt.*

b Ὧν ἦσαν ἀρχιερεῖς—καταλομενθέντος ἐν Κυρήνῃ,] Plures ſimul Ἀρχιερεῖς Judæorum vid. de Vita §. 38. ſupr. lib. 4. c. 3. §. 8. cap. 4. §. 3. & c. 9. §. 11. lib. 5. c. 13. §. 1.

c Τέσσαρες,] Ita *Big.* & *Ruf.* Ἓν τέταρτος Ματθίου παῖς in *Editis Aliiſque*.

d Ματθίου παῖς,] Conf. de Matthiæ hujus cæde, ſupr. lib. 5. c. 13. §. 1. SPANH.

e Συμμεθάλλοντο] συμμεθάλοντο *L. B.*

f Δηλονότι τοὺς] δῆλον ὅτι, τοὺς λοιποὺς ἀποτρέποντες *Gen.* δῆλον ὅτι δὴ τ. λ. ἀποτρέποντες *L. B.*

g Πολυανδρίῳ,] Conf. ſupr. lib. 5. c. 1. §. 3. SPANH.

h Ἐξ ὁμοφύλων] Ita *Big.* vocula ἐξ reliquis aberat.

ὁ Ωσε

ceſſerunt; ut quam ad indignationem Judæos adduci veriſimile erat, ſi hanc Romani in ipſos injuriam admiſiſſent, ea tunc in Judæos, propria ſacra temerantes, uterentur Romani. Nemo ſane erat ex militibus qui non cum horrore templum aſpiceret atque adoraret, optaretque ut latrones, antequam inſanabile malum paterentur, reſipiſcerent.

Titus adhuc tentat Joannem adducere ad deditionem.

4. Titus autem, cum admodum doleret vicem eorum, iterum Joannem ejuſque ſocios his verbis increpabat, „ Nonne vos, ô ſceleratiſſimi, hunc „ cancellum *locis* ſanctis objeciſtis? Nonne vos „ columnas ad certa intervalla in eo ſtatuiſtis, lite„ ris Græcis ac noſtris inſcriptas; quibus edici„ tur, ne ſepta quidem cuiquam licere tranſgredi? „ Nonne eos qui tranſiiſſent, quamvis Romanus „ quis eſſet, vobis necare permiſimus? Quid igi„ tur in eo etiam mortuos nunc conculcatis, ô „ nocentiſſimi? Cur autem templum & externo & *Titi proteſtatio.* „ gentili ſanguine contaminatis? Teſtor ego pa„ trios Deos, & ſi quis olim hunc locum reſpexit „ (nunc enim neminem *ad eum reſpicere* arbitror) „ itemque teſtor & exercitum meum, & Judæos „ qui apud me ſunt, & vosmetipſos, quod non „ ego vos ad hæc violanda compellam: & ſi locum „ aciei mutaveritis, neque accedet ad ſancta quiſ„ quam Romanorum, neque contumeliam *eis* fa„ ciet. Vobis autem etiam invitis templum ſervabo.

V.

Illi refragantur obſeſſi.

5. Hæc Joſepho illis *Hebraïce* renunciante mandato Cæſaris, latrones ac tyrannus, non ex benevolentia ſed timiditate adhortationes proficiſci exiſtimantes, ſuperbia efferebantur. Titus autem, cum illos neque ſuas fortunas miſerari neque templo parcere videret, invitus bellum repetebat. Et copias quidem univerſas, quod locus eas non caperet, illis admovere non poterat: tricenis autem optimorum ex ſingula centuria delectis, & tribunis per millenos attributis, hiſce duce præpoſito Cereali, ſub noctis horam nonam cuſtodes aggredi juſſit. Cum autem ipſe quoque in armis eſſet, ſimulque ad deſcenſum ſemet paraviſſet, propter periculi magnitudinem eum amici cohibebant, atque illa quæ à ducibus dicta erant. „ Plus „ enim ipſum effecturum, ajebant, ad Antoniam „ ſedentem, pugnamque aſſignantem militibus, „ quam ſi deſcenderet, periculiſque pro illis ſe „ objiceret: quippe omnes in conſpectu Cæſaris „ ſtrenuos fore bellatores." Iſtis obſequutus Cæſar, cum ad milites dixiſſet, „ ob hoc ſolum ſe „ manere, ut de eorum virtute judicaret, & ne„ que fortis quiſquam præmio careret, neque „ ignavus pœnam evaderet, ſed omnium ſpectator „ ipſe eſſet & teſtis, penes quem ulciſcendi & re„ munerandi arbitrium," illos quidem ad rem aggrediendam, hora quæ ſupra memorata eſt, dimiſit; ipſe vero, ad ſpeculam ex Antonia progreſſus, quid fieret exſpectabat.

Cerealis cum expedita manu jubetur impreſſionem facere in templum.

Acer conflictus Judæorum & Romanorum.

6. Verum hi qui miſſi fuerant non uti ſperabant ſomno oppreſſos invenerunt, ſed cum clamore inſilientibus ſtatim ad manus ventum eſt. Cæteri autem excubitorum clamoribus exciti ex ædibus ſe turmatim proripiebant. Primorum quidem impetum excipiebant Romani: & qui

ρανομίας, [i] ὥστε ἦν ἂν εἰκὸς ἀγανάκλησιν γενέσθαι Ιουδαίων, εἰ Ρωμαῖοι ταῦτα ἐξυβρίζοιεν εἰς αὐτούς, ταύτην εἶναι τοῦ Ρωμαίων τότε πρὸς Ιουδαίους ἀσεβοῦντας εἰς τὰ ἴδια. [k] τῶν μέν γε στρατιωτῶν οὐκ ἔστιν ὅς τις οὐ μὴ φρίκης εἰς τὸν ναὸν ἀφεώρα καὶ προσεκύνει, τούς τε λῃστὰς ἤυχετο, πρὶν ἀπολέσθαι πάθους, μεμανῆσθαι.

δ'. [l] Τίτος δ' ὑποπαθήσας πάλιν [m] ἐξωνείδιζε τοὺς περὶ τὸν Ιωάννην, λέγων, „ ἆρ' οὐχ ὑμεῖς, ὦ „ μιαρώτατοι, τὸ δρύφακτον τοῦτον παρεβάλεσθε τῷ ἁ„ γίῳ; οὐχ ὑμεῖς ἓν τὰς ἐν αὐτῷ στήλας [n] διεστήσατε, „ [o] γράμμασιν Ελληνικοῖς καὶ ἡμετέροις κεχαραγμένας, „ [p] ἃ μηδένα τὸ [q] γένιον ὑπερβαίνειν παραγγέλ„ λει; οὐχ [r] ἡμεῖς ἓν τοὺς ὑπερβάντας ὑμῶν ἀναιρεῖν „ ἐπετρέψαμεν, κἂν [s] Ρωμαῖός τις ᾖ; τί οὖν νῦν, „ ἀλλήριοι, καὶ νεκροὺς ἐν αὐτῷ καταπατεῖτε; τί δὲ „ τὸν ναὸν αἵματι ξένῳ καὶ ἐγχωρίῳ φυρεῖτε; μαρτύρο„ μαι θεοὺς ἐγὼ πατρίους, καὶ εἴ τις ἐφέωρα πόλει „ τόνδε τὸν χῶρον, νῦν μοὶ γ' οὐκ οἶομαι, μαρτύ„ ρομαι δὲ καὶ [t] στρατιὰν ἐμὴν, καὶ τοὺς [v] παρ' ἐμοὶ „ Ιουδαίους, καὶ ὑμᾶς αὐτούς, ὡς οὐκ ἐγὼ ταῦθ' ὑμᾶς „ ἀναγκάζω μιαίνειν· καὶ ἀλλάξητε δὲ πολλάκις „ τὸν τόπον, ὅτε προσελεύσεταί τις Ρωμαίων τοῖς „ ἁγίοις, ὅτε [x] ἀνυβρίστως τηρήσω δὲ τὸν ναὸν ὑμῖν, „ καὶ μὴ θέλουσι.

ε'. Ταῦτα δὲ Ιωσήπου ἀπαγγέλλοντος ἐκ τοῦ Καί„σαρος, οἱ λῃσταὶ καὶ ὁ τύραννος, [y] οὐκ ἀπ' εὐνοίας „ἀλλὰ κατὰ δειλίαν γίνεσθαι τὰς πολιορκίας δοκοῦντες, „ὑπερήφανον. Τίτος δὲ, ὡς ὅτε οἴκτου ἑαυτοὺς τοὺς „ἄνδρας ἰδὲ [z] φειδώ τινα τοῦ ναοῦ ποιουμένους ἑώρα, πάλιν „πρὸς πόλεμον ἄκων ἐχώρει. πᾶσαν μὲν οὖν τὴν δύναμιν „ἐπάγειν αὐτοῖς οὐχ οἷόν τε ἦν, μὴ χωρουμένῳ τῷ τό„πῳ· τριάκοντα δ' ἐπιλέξας ἀφ' ἑκάστης ἑκατονταρχίας „τοὺς ἀρίστους, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ἀνὰ χιλίους πολίτας, „τούτων δ' ἐπιλέξας ἡγεμόνα Κερεάλιον, ἐπιτάττει προσ„έταξε ταῖς φυλακαῖς [a] περὶ ὥραν τὴν ἐννάτην. „ὄντα δὲ καὶ αὐτὸν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ συγκαλεσάμενον „παρεσκευασμένον, οἵ τε φίλοι ἀπὸ τοῦ μέγεθος τοῦ „κινδύνου καλέσαντα, καὶ τὰ πρὸς τῶν ἡγεμόνων λεγόμενα. „πλέον γὰρ αὐτὸν ἀνύσειν, ἔφασαν, ὅτι τὴν Αντωνίας „καθεζόμενον, καὶ τὴν μάχην ἀγωνοθετοῦντα τοῖς στρατιώ„ταις, ἢ εἰ καταβὰς προκινδυνεύοι. πάντας γὰρ ὁρῶν„τος Καίσαρος, ἀγαθοὺς πολεμιστὰς ἔσεσθαι." τού„τοις πειθεὶς ὁ Καίσαρ, [b] „διὰ τοῦτο τοῖς στρατιώταις „ὑπομένειν εἶπεν, ἵνα κρίνῃ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν, καὶ „μήτε τῶν ἀγαθῶν τὶς ἀγέρας, μήτε τῶν κακίστων „ἀτιμώρητος ἀπολαύσῃ, γένοιτο δ' αὐτοκρίτης καὶ μάρ„τυς ἁπάντων, ὁ καὶ τοῦ κολάζειν καὶ τοῦ τιμᾶν κύριος, τοὺς μὲν, ὅτι τὴν πρᾶξιν ἔπεμπε καθ' ἣν ὥραν [c] καὶ προείρητο, προελθὼν δ' αὐτὸς εἰς τὸ κάτοπτον ἀπὸ τῆς Αντωνίας ἐκαραδόκει τὸ μέλλον.

ς'. Οὐ μὴν οἵ γε πεμφθέντες τοὺς φύλακας εὗρον κοιμωμένους ὡς ἤλπισαν, ἀλλ' [d] ἀναπηδήσασι μὲν χρυγῆς εὐθέως συνεπλέκοντο. πρὸς ἓν τὸ τῶν ἐκκοίλων βοὴν ἔνδοθεν οἱ λοιποὶ καὶ σίφος ἐξέθεον. [e] τῶν μὲν δὴ πρώτων τὰς ὁρμὰς ἐξεδέχοντο Ρωμαῖοι· πειέ-

---

i Ὡς ἦν ἂν εἰκὸς ἀγανάκλησιν] Ὡς τινα ἂν εἰκὸς *Big.* ὥστε ἦν ἂν εἰκὸς ἦν ἀγανάκλησιν *Vat.*

k Τῶν μέν γε] τὸ μέν τοι *L. B.*

l Τίτος] Καῖσαρ *L. B.*

m Εξωνειδίζε] Εξωνειδίζετο *Vat.*

n Διεστήσατε,] προεστήσατε *Roſt.*

o Γράμμασιν Ελληνικοῖς] Εν γράμμασιν *Big.*

p Α μηδένα] Ita cum Cl. *Lowthio*, & *Boſio* pro ἃς μηδένα reſcripſi. πρῶτον μηδένα *Big.*

q Γενίσιον] Conf. Antt. Jud. lib. VIII. cap. 3. §. 9. SPANH. סורי Talmudicis. δρύφακτον λίθινον alibi vocat Joſephus. REL.

r Ημεῖς δὲ] Υμεῖς *Big.*

s Ρωμαῖός τις ᾖ;] Ρωμαίων *Voſſ.*

t Στρατιὰν ἐμὴν,] Στρατιὰν τὴν ἐμὴν *Big.*

v Παρ' ἐμοὶ Ιουδαίους,] Παρ' ἐμοῦ *Big.*

x Ενυβρίστως.] Προσυβρίζει *Big.*

y Οὐκ ἀπ' εὐνοίας] Οὐ κατ' εὐνοίας *Big.*

z Φειδώ τινα τοῦ ναοῦ ποιουμένους] Conf. Antt. lib. 17. c. 8. §. 4. SPANH.

a Περὶ ὥραν τὴν ἐννάτην.] Conf. infr. §. 6. SPANH.

b Διὰ τοῦτο] Καὶ διὰ τοῦτο *Big.* καὶ δι' ἓν τοῦτο *Voſſ.*

c Καὶ προείρητο,] Illud ἐ non agnoſcit *Big.*

d Αναπηδήσασι] Αναπηδήσασίς *Vat.*

e Τῶν μὲν δὴ πρώτων] Τῶν μὲν δὲ πρῶτον *Big.*

περιέπιπτον δ' οἱ μετ' ἐκείνης τῷ σφετέρῳ τάγματι, καὶ πολλοὶ τοῖς οἰκείοις ὡς πολεμίοις ἐχρῶντο. [f] μιᾷ γὰρ ἀφ' ἑκατέρων βοῇ ὑπὸ γνώσιν ἡ χραυγὴ συγχυθεῖσα πᾶς ἀμφοῖν, [g] τὸ δὲ ὀμμάτων ἡ νὺξ ἕκαστον ἀφείλετο, καὶ τυφλώττειν ἄλλως ὡς εἰκὸς οἱ θυμοὶ παρεσκεύαζον, ὡς ἢ οἱ φόβοι. ἀφ' οὗτο τὸ προσυχόντα πλήττειν ἦν ἄκριτον. Ρωμαίοις μὲν οὖν σωματοτάς, καὶ κατὰ συνάξεις προπηδῶντας, ἧττον ἔβλαπτεν ἄγνοια· καὶ γὰρ ἦν πᾶς ἑκάστῳ μνήμη τῶν συνθημάτων. Ἰουδαῖοι δ' ἀεὶ σκεδαννύμενοι, καὶ τὰς τε προσβολὰς, καὶ τὰς ὑποχωρήσεις ἀνέδην ποιούμενοι, πολλάκις φαντασίαν παρεῖχον ἀλλήλοις πολεμίων· τὸ ὑποστρέφοντα γὰρ ἕκαστον οἰκεῖον ἀφ' σκότους ὡς ὀπίσω Ρωμαῖον ἐξεδέχετο. πλείους γοῦν ὑπὸ τῶν ἰδίων, ἢ τῶν πολεμίων ἐτρώθησαν, ἕως ἡμέρας γενομένης ὄψει τὸ λοιπὸν ἡ μάχη διεκρίνετο· καὶ κατὰ φάλαγγα ἀφεστάντες, τοῖς τε βέλεσιν εὐτάκτοις ἐχρῶντο [h] καὶ ταῖς ἀμύναις. οὐδ' ἕτεροι δὲ ὕστ' εἶχον ὕστ' [i] ἐκποίων. ἀλλ' οἱ μὲν, ὡς ἐφορῶντο [k] Τίτου, κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ συνάξεις ἤριζον ἀλλήλοις, καὶ προκοπῆς ἕκαστον ἐκείνην αὐτῷ τὴν ἡμέραν ἄρξειν ὑπελάμβανεν, εἰ γενναίως ἀγωνίσαιτο. Ἰουδαίοις δ' ἐβράβευε τὰς τόλμας, ὅ, τε περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἱερῶν φόβος, καὶ ὁ τύραννος ἐφεστὼς, καὶ τοὺς μὲν παρακαλῶν, τοὺς δὲ μαστιγῶν καὶ διεγείρων ἀπειλαῖς. συνέβαινε δὲ τὸ μὲν πλεῖστον [l] σταδιαίαν εἶναι τὴν μάχην, ὀλίγῳ δὲ καὶ ταχέως ἀντιστρέφειν τὰς ῥοπάς. οὐδ' ἕτεροι γὰρ ὕστε φυγῆς ὕστε διώξεως μῆκος εἶχον. ἀεὶ δὲ πρὸς τὸ συμβαῖνον [m] οἰκείως ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας ὁ θόρυβος ἦν, θαρρεῖν δὲ καὶ καλεῖσθαι τοῖς σφετέροις [n] ἐπεβόων, καὶ μένειν τρεπομένους· ἦν δ' ὥσπερ τι πολέμου θέατρον. οὐδὲν γὰρ ὕστε Τίτου, ὕστε τοὺς περὶ αὐτὸν ἐλάνθανε τῶν κατὰ τὴν μάχην. τὸ δὲ πέρας δεξάμενοι τῆς νυκτὸς [o] σύνατης ὥρας, [p] ὑπὲρ πέμπτην τῆς ἡμέρας διελύθησαν, ἀφ' οὗπερ ἤρξαντο τόπου τῆς συμβολῆς, μηδ' ἕτεροι βεβαίως κλίναντες τὸν ἕτερον, ἀλλὰ τὴν νίκην μέσην σὺν [q] ἀγχωμάλῳ τῇ παρατάξει καταλιπόντες. καὶ Ρωμαίων μὲν [r] ὀκτὼ μόνοι ἠγωνίσαντο πολλοί· Ἰουδαίων δ' ἐκ μὲν τῆς [s] περὶ Σίμωνα Ἰούδας ὁ τοῦ [t] Μέρτωνος, καὶ Σίμων ὁ τοῦ [u] Ἰωσίου, τῆς δὲ Ἰδουμαίων Ἰάκωβος καὶ Σίμων, [x] Καθλᾶ μὲν υἱὸς, Σωσᾶ δὲ ὁ Ἰάκωβος, τῆς δὲ μετὰ Ἰωάννου [y] Γυφθαῖος καὶ Ἀλέξας, τῆς δὲ ζηλωτικῆς Σίμων υἱὸς [z] Ἰαείρου.

ζ'. Ἐν τούτῳ δ' ἡ λοιπὴ τῶν Ρωμαίων δύναμις, ἡμέραις ἑπτὰ καταχαμένη τὸν τῆς Ἀντωνίας θεμελίους, μέχρι τοῦ ἱεροῦ πολαίαν ἄνοδον [a] εὐτρεπίσαντο. πλησιάσαντα δὲ τῷ πρώτῳ περιβόλῳ τὰ τάγματα [b] καθήρχετο χωμάτων· τὸ μὲν ἄντικρυς τῆς [c] τοῦ ἔσω ἱεροῦ γωνίας, ἥτις ἦν κατ' ἄρκτον καὶ δύσιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν βόρειον ἐξέδραν, ἣ μεταξὺ τῶν δύο πυλῶν ἦν, τῶν δὲ λοιπῶν δύο, θάτερον μὲν κατὰ τὴν ἑσπέριον στοὰν τοῦ ἔξωθεν ἱεροῦ, τὸ δὲ ἕτερον ἔξω κατὰ τὴν βόρειον. προύκοπτε μέν τοι μὰ πολλῷ καμάτῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ αὐτοῖς τὰ ἔργα, καὶ τὴν ὕλην ἀφ' ἑκάστου σταδίου συγκομίζουσιν. ἐπαχθῆτο δ' ἐπ' ὀπὴ καὶ κατ' ὀπίσω illos sequerentur in agmen proprium incidebant, multisque suorum velut hostibus utebantur. Nam voce quidem suorum agnitionem confusus utriusque partis clamor, oculis vero quo minus discernerentur nox omnino impediebat: ac præterea quibusdam cæcitatem injiciebat furor, aliis timor. idcirco obvium quemque sine discrimine feriebant. Et Romanis quidem, scutorum conjunctione septis, & per globos prosilientibus, ignoratio minus nocebat: tesseræ enim suæ quisque meminerat. Judæi vero semper disjecti, & tam impetus quam recessus temere facientes, sibi invicem hostium speciem ingerebant: nam revertentem suum quisque per tenebras quasi Romanum aggredientem excipiebat. Qua re factum ut plures à suis quam ab hostibus sauciarentur, donec orto die visu deinceps pugna discerneretur, & in acie ex adverso stantes bono ordine hostes telis peterent atque propulsarent. Neutri vero cedebant, neque labore fatigabantur. Sed Romani quidem & sigillatim & multi simul veluti in conspectu Titi strenue concertabant: illumque diem sibi quisque promotionis initium fore putabat, si fortiter dimicasset. Judæis autem ministrabat audaciam & proprium cujusque periculum, & quod templo metuerent, quodque tyrannus instaret, alios quidem obsecrans, alios vero verberans, & minis *ad pugnam* incitans. Verum accidebat ut maxima ex parte stataria esset pugna; atque in exiguo spatio & celeriter * huc illuc inclinaret acies. neutra enim pars prolixum fugiendi vel persequendi spatium habebat. Semper autem prout res *utrinque* eveniebat ex Antonia tumultus erat, ad suos clamantium, si superarent, ut bono animo essent, sin vero fugerent, ut fugam sisterent: eratque veluti quoddam belli theatrum. nec enim vel Titum, vel alios qui cum eo erant, quicquam latebat eorum, quæ in pugna gerebantur. Postremo nona noctis hora cœpto prælio, non nisi post quintam diei horam diremptum est; cum neutri eo loco unde pugnam inîere certa fuga cessissent, verum mediam in ancipiti acie victoriam reliquissent. Et Romanorum quidem plurimi egregie dimicabant: Judæorum vero, ex parte Simonis, Judas Mertonis filius, & Simon Josiæ; ex Idumæis, Jacobus & Simon, hic Cathlæ filius, Jacobus autem Sosæ; atque ex Joannis factione, Gyphthæus & Alexas; & ex Zelotis, Simon filius Jaïri.

Marte ancipiti pugnatur.

Dubia victoria.

7. Interea autem reliqua Romanorum manus, septem diebus Antoniæ fundamentis eversis, latum ad templum ascensum munierunt. Et legiones cum primo muro appropinquassent, aggeres moliri cœperunt: unum quidem contra interioris templi angulum, qui ad septentrionem orientemque spectabat; alterum vero ad exedram septentrionalem, quæ inter duas portas erat; aliorum vero duorum unum contra porticum occidentalem templi exterioris; alterum vero contra septentrionalem. Veruntamen opera illis procedebant magno cum labore & gravi difficultate, materiemque à centesimo usque stadio comportarunt. Interdum autem insidiis ipsi lædebantur, utpote mi-

Aggeres quatuor à regione templi exstructi.

[f] Τὴν μὲν γὰρ ἀφ' ἑκατέρων βοῆς] Καὶ τὴν μὲν διὰ β. *Big.*
[g] Τὸ δὲ ὀμμάτων] Τὴν δὲ ὀμμάτων *Vat.* & *L. B.*
[h] Καὶ ταῖς ἀμύναις.] Καὶ τοῖς ἀμυνομένοις *Big.*
[i] Ἐκποίων.] Conf. infr. c. 3. §. 4. SPANH.
[k] Τίτου,] Καίσαρος *Voss. Lugd. Bat.* & *Bod.*
[l] Σταδιαίαν] σταδιαῖος. *Statarius* Glossæ veteres. REL.
[m] Οἰκείως] Οἰκείοις *Vat.* vocem non agnoscit *Big.*
[n] Ἐπεβόων,] Ἐπεβοῶντων *Big.*
[o] Ἑσπέρας ὥρας,] Conf. supr. §. 5. SPANH.
[p] Ὑπὲρ πέμπτην] Εἰς πέμπτην *Zonar.* ὑπὲρ πέμπτης *Big.*
[q] Ἀγχωμάλῳ] ἀγχώμαλοι & ἀγχώμαλα *Thucyd. l. II. p. 201. & 544.* C. Schol. ἴσα. SPANH.
[r] Ἐκτὼ μόνοι] ἑπτὼ μόνοι *L. B.*
[s] Περὶ Σίμωνα] ἐπισήμους *Rost.*
[t] Μέρτωνος] Μαρώθου *L. B.* & *Rost.*
[u] Ἰωσίου,] Οσαΐου *L. B.* & *Rost.*
[x] Καθλᾶ] Σωσᾶ *L. B.*
[y] Γυφθαῖος] Γαφθαῖος *L. B.*
[z] Ἰαείρου.] Ἀρη *L. B.* Ἀρῆ *Rost.*
[a] Εὐτρεπίσαντο.] Ἡτοιμάσαντο *Big.*
[b] Καθήρχετο χωμάτων] Κατῆρχε τῶ χωμάτων *Big.*
[c] Τοῦ ἔσω ἱεροῦ γωνίας,] Τῶ ἔσω ἱερῶ *Big.*
[d] Κατ' ἐπιβουλὰς αὐτοὶ,] Καὶ κατ' ἐπιβουλὰς, αὐτοὶ μὲν ἀφ' legisse & distinxisse videtur *Ruf.*

* Est qui vertit, *repellerentur momento.*

minus cauti quod *insidiatores* facile superare se posse putarent, atque Judæos propter desperationem salutis audaciores haberent. Nonnulli enim equitum, quoties ad lignum sive fœnum colligendum exiissent, interea dum id facerent, equos suos frenis exutos pasci sinebant, quos Judæi per cuneos erumpentes rapiebant. Itaque cum id crebro fieret. Cæsar ratus, id quod verum erat, negligentia suorum magis, quam Judæorum virtute rapinas contingere, tristi animadversione cæteros ad equorum custodiam revocare statuit; unoque militum qui equum perdiderat morte damnato, *eo* metu equos suos cæteris conservavit. nunquam enim eos posthac ad pascendum dimittebant, sed tanquam natura his connexi ad necessaria egrediebantur. Et illi quidem templum oppugnabant, & aggeres erigebant.

Romanorum equos Judæi rapiunt.

Pugna ad Montem Olivarum.

8. Altera vero die post eorum ascensum, multi seditiosorum, quos rapinæ jam defecerant & fames urgebat, congregati, in præsidia Romanorum juxta Olivarum montem, circa undecimam diei horam, impetum faciunt: sperantes primo quidem inopinatos, deinde corporis curandi causa quiescentes, facile perrupturos esse. Verum Romani cum illorum eruptionem præsensissent, concursumque fecissent ex propinquis custodiis, obstabant eis murum transcendere & vi perrumpere conantibus. Acri autem pugna conserta, & alia multa fortiter utrinque gesta erant; cum Romani quidem præter fortitudinem etiam bellandi peritia, Judæi vero immoderato impetu & effrenatis animis uterentur. illos autem pudor quidem urgebat, hos vero necessitas. Tunc enim dimittere Judæos, velut reti comprehensos, Romanis turpissimum videbatur; & illi unam spem salutis, si murum perrumpere possent, habebant. Et quidam ex ala equitum, Pedanius nomine, Judæis in fugam versis, atque in vallem coactis, equo à latere incitato prætervectus, corripit unum ex hostibus fugientem, juvenem, & alias corpore validum, & armis undique septum, talo comprehensum. tantum quippe se inclinavit equo currente, tantamque dextræ vim, & reliqui corporis, itemque equestris peritiæ ostendit. Et ille quidem, tanquam pretiosi aliquid rapuisset, captivum secum adducens ad Cæsarem venit. Titus autem vires illius, qui eum ceperat, admiratus, & captivo, quia murum aggressus est, supplicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, atque aggeribus erigendis instabat.

Pedanii fortitudo.

Judæi templi porticus incendunt.

9. Interim Judæi in conflictibus pessundati, paulatim semper ascendente bello & in templum etiam serpente, sicuti in corpore putrescente, membra in quæ jam invaserat abscindebant, priusquam ulterius grassaretur. Nam cum porticus partem quæ à septentrione & occasu conjuncta erat Antoniæ incendissent, postea ad viginti cubitos abruperunt, suis manibus sacra adyta urere aggressi. Biduo autem post, vicesimo & quarto mensis prædicti die, vicinam porticum incenderunt Romani; flammaque ad cubitos xv. progressa, Judæi similiter tectum abscindunt: & ab operibus *eam* non omnino avertentes, quicquid inter ipsos

